













complet

6 planches à la fin

(n. S.)

V. L.

8 leaves
260 p.p.
26 leaves

Lier
95 Sw. fr
7/may/28

Ex libris N. Perroti
Geneuensis·
āno· Dom· 1614
Mayo 26.

" Caspar Bauhinus (1560-1624), professor at Basel was distinguished as a botanist, and in that capacity his name is still remembered. He erected an anatomical theatre in 1589. He produced a fine anatomical textbook which, though containing few original elements, was sound, scientific, and scholarly, and was often reprinted. A few anatomical terms are due to Bauhin, among them Areola and Phrenic nerve. He gave a good description of the muscles that move the tongue". (Singer). The book is divided into the following parts: De partibus similaribus, de infimo ventre, de muliebris partibus, de thorace, de capite, de manu, de pede. The figures seem to originate from Varollius and Jasollinus. **Rare**. *See reproduction p. 6.*


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

INSTITVTIONES ANATOMICÆ CORPORIS VIRILIS ET MVLIEBRIS HISTORIAM EXhibentes:

CASPARO BAVHINO
D. ANATOM. BOTANIC.
ACAD. BASIL.
Professore ordinar.
auctore.

Hippocrat. Aristot. Galeni auctoritat. illustratæ & nouis inuentis plurimis

Ex biblioth. d. præsidis

hac

de

EDITIONE QVARTA

auctæ.

Montesquieu Catal. inscr.



BASILEÆ,
Apud JOANN. SCHROETER.
CIϽ IϽ CIX.

MAGNIFICI STRENVI AN-
TIQVISS. EQVEST. PRO-
SAPIÆ HEROIS

DNI

HENRICI A LYCKE
TOPARCHAE
IN OFVERGAARDT
SERENISS.
REGIS DANIÆ
à CONSIL.
CASTRI ORNEBVRGI-
CI, &c. PRÆSIDIS
FILIIS

D.D.

GEORGIO & FRANCISCO
A LYCKE
FRATRIB. GERMAN.

HAS
INSTITVT. ANATOM.
CASP. BAVHINVS
OBSER. & AMOR.
mon.

ΤΥΧΗ ΚΑΙ ΓΟΝΩ,
offert.

ROTAGORAS, referente Philosopho, hominem πάντων χρημάτων μέτρον dixit: & Fauorinus, nihil in terris magnũ præter hominem agnouit. Quare, qui hominis structuram rimatur, qui hominis naturam considerat, qui hominis partes diligenter perquirit, rei omnium maximæ notitiam, imò sui ipsius cognitionem, acquirit. Quod Pythagoram suo Symbolo ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ voluisse cẽsemus, vt bona nostra, quemdamodum Cicero loquitur, cognoscamus. Et vt ingenuè fatear, seipsum noscere, ad quod tamen, vt Plato in Alcibiade scribit, omnes incitãtur, huius mysterij primum ac potiss. difficultatis opus videtur. Hæc animo mecum, nũc ab annis XXIIX à quibus Anatomicum officium demãdatum fuit, voluens, non pauca Anatomica publici iuris feci; inprimis verò in Medicinæ tyronũ vsum, INSTITVTIONES has Anatomicas, ex libro naturæ petitas, Hippocratis, Aristotelis & Galeni auctoritatib. cõprobatas prodire volui: Singula, in his Institutionib. breuissimè pposita, in THEATRO nostro Anatomico examinauimus & tabulis æneis illustrauimus.

Et cum NOBILISS. IVVENES, vos, hoc diuino & iucundiss. studio, singulariter delectari perspectum haberem, cum hoc ipsum

*abunde comprobaueritis, dum exercitijs no-
stris Anatomicis & publicis & priuatis, stu-
diosè interesse voluistis, præeunte vobis Cla-
rißimo & Excellentiß. Viro D.D.* ANDREA
TOXOTIO, *Philosopho & Medico, præcepto-
re vestro, amico meo summo: & quidem* ALE-
XANDRI *Magni vestigijs insistentes, qui et-
iam à præceptore Aristotele edoctus, inter tot
tantosq́; rerum triumphos, animalium & in-
sectorum cadauera, quorum contemplatio-
nem minimè ignobilē abiectámve putauit,
quo eorum & naturas & vires addisceret, in-
spicere voluit. Quare hanc* INSTITVTIO-
NVM *mearum editionē, vobis* NOBILISS.
IVVENES, *nuncupare volui, partim ob cau-
sam dictam, partim ob singularem vestram
pietatem, modestiam & diligentiam,* ACA-
DEMIÆ *nostræ pleniß. conprobatam, partim
deniq; ob singularem vestrum erga me amo-
rem & fauorem. Hoc itaq; munusculum, ve-
lut certiß. pignus amoris & obseruantiæ erga
vos, vestramq́; illustrißimam familiam, hila-
ri fronte, & eo quo offertur à me animo, susci-
pite, & porro fauore & amore me vestro pro-
sequimini, qui vobis, ab* VNO *&* TRINO *fæ-
liciß. peregrinationem ex animo precatur.*

BASILEÆ *Idib. Maij. qua die Galliam lu-
straturi, Basileam reliquistis.* CIↃ. IↃ. CIX.

AD LECTOREM ASCLEPIADEVM.

SAPIENTVM ſententia, communique conſenſu iam dudum adprobatum fuit, DEVM per ſe, & HOMINEM propter gloriam DEI creatum eſſe. Quare, par eſt Hominem admirari, deprædicare, ſapientiam, potentiam, clemẽtiam & bonitatem primi PROTOPLASTÆ noſtri, qui eum argillæ modo in vtero materno formauit, ex vtero materno, tanquam ex ergaſtulo & compedibus ligatum, extraxit, ſpiritu afflato vita donauit. imò & toto vitæ tempore conſeruauit. Nobis ſanè, ARCHETYPI noſtri admirandam ſapientiam rectius admirandi, nunc à XXIIX. annis, quibus & Praxin exercemus, & Anatomica ac Botanica & publicè & priuatim docemus, occaſio non defuit. Quo enim Morborum, tanquam ferarum in humanum corpus ſæuientium, latebras & abſtruſos ac reconditos receſſus & ſedes rectè agnoſceremus, totos nos dedimus cõſiderationi Partium corporis (vt verum Medicum, ad imitationem Hippocratis & Galeni: verum Philoſophum, ad exemplum Socratis, Platonis & maximè Ariſtotelis, decet) non ſolùm in inquirendis particularum denominationibus, hac in re ſecuti Ariſtotelem, Herophilum, Xenophontem, Apollonium Memphitem: imò Socratem, & ipſius ſectatorem Meletiũ Grę-cum Philoſophum: ad quorum exemplum anno 1588 primum Anatomes noſtræ vniuerſalis librum, qui de partibus eſt EXTERNIS, publici iuris fecimus, triennio poſt auctiorem, & anno

1596. tertiò cum indice dedimus. Verùm, inde ad Partium SIMILARIVM naturam inuestigãdam neruos intendimus, quam per quatuor causas, ex Hippocratis, Platonis, Aristotelis, Galeni & recentiorum doctrina explicauimus, & librum secundum Vniuersalis Anatomes nostræ fecimus, anno 1592: quem anno 1596. auctiorem dedimus. Ast cum Medicus his minimè contentus esse debeat, sed penitius ipsius hominis interiora rimari par sit, omniũ Partium INTERIORVM corporis humani situm, numerum, substãtiæ proprietatem, magnitudinem, figuram & cõpositionem, cùm hæc in Anatome edoceantur (monente Galeno 9. administ. anatom. 1.) & hæc in singulis instrumentis exponenda sint (ex Galeno 5. vsu partiũ 5.) ea qua fieri potuit breuitate, perspicuitate & fide, in corporis VIRILIS historia libris quatuor anno 1590. editis, nõ solùm ex lectione Veterum & Recentiorum, sed & ex ipso naturæ libro ex Dissectionibus plurimis, à nobis & publicè & priuatim habitis, multis nostris inuentis additis, expressimus; hæcque omnia in gratiam discentium, non docentium, ad Methodum Anatomicam (cum sensu hæc deprehendi possint) instituimus. Verum non sufficiebat hæc notasse, nisi particularum omnium vsus, & cuius nomine conditæ & createę sint, esset perspectus: quare vsum subiunximus: qui non solùm à sensu desumendus, licet is pręcedere debeat, sed & ratione confirmandus: nil enim vt habet Philosophus 2. de anima, est in sensu, quod non priùs fuerit in intellectu: cuius nomine MEDICVS artifex sensatus nominatur. Non desunt

tamen

tamen viri & docti & ingenioſi, qui (licet ſe totos Galenicos clamitent, & ab illius verbis tanquam oraculis recedere piaculum ducãt) multa ex noſtris (etſi reuera Galenica ſint) reprehendant, ſiniſtrè interpretentur, non ſanè alijs rationibus, quam quòd Galenus non dixerit: quamuis ipſimet hæc noſtra viderint, palparint, non tamen verentur viſui ſuo & tactui proprio derogare: ad imitationem eorum, qui niuem albam, & ignem calidum eſſe negant. Quibus, etſi cum Arabum Principe Auicenna reſponderi poſſet, vbi OCVLI fidem faciunt, RATIONIBVS opus non eſſe: attamen vt clarum fiat omnibus, Hippocratem, Ariſtotelem & maximè Galenum, in ſtudio hoc Anatomico conſummatiſſimos eſſe: & quo oſtendamus liquidò totos nos dependere ab eorum auctoritatibus, quãtum quidem veritas permittit, & vbi oculi non ſolum mei, ſed rectè quoque videntium contrarium non docent (Amicus enim Hippocrates, amicus Ariſtoteles, amicus Galenus, ſed magis amica VERITAS) Anatomicas noſtras inſtitutiones ſub limam & ſenſus & rationis reſumpſimus, correximus, & nouam editionem anno 1597, adornauimus, MVLIEBRIS corporis hiſtoria (cùm ſingulis annis publicè doceamus & diſſectionibus comprobemus) auximus. Quas correctiores, anno 1604. rurſus dedimus. Quin & addidimus ad marginem, infinitas Hippocratis, Platonis, Ariſtotelis & Galeni auctoritates, quo quilibet eoſdẽ conſulere, & noſtra dicta cum eorum grauiſſimis ſententijs conferre poſſit. Patebit enim liquidò, nos totos eſſe in vindicando præ-

ſertim Galeno à multorum immaturis calumnijs, vt ex THEATRO noſtro Anatomico pleniùs colligere eſt. Monendus autem hoc loco Anatomes ſtudioſus, ne omnibus ex æquo verſionibus Latinis fidat, ſed textum Græcum Hippocratis, Ariſtotelis & Galeni conſulat. Dein, vt in Galeni lectione ita verſetur (de Anatomicis loquor) vt diligẽter perpẽdat, quãdo de re aliqua ex profeſſo agat, aut nõ agat: ſic etiã notet, multa licet non explicitè, tamẽ implicitè ab ipſo proponi. Exemplo fiet res dilucidior: agens de Lienis nutritione 13. Meth. med. 17. ſcribit Lienem nutriri limoſo & melancholico eò humore, qui ex iocinore expurgatur. At 4. vſu par. 15. vbi ex profeſſo de hac re egit: Lienem, ait, attrahere hunc ſuccum, per multum ocium conficere & immutare, & quicquid conueniens ſit viſceri, alimentũ eius fieri: quod autem ab ea quæ in ſplene fit elaboratione exciderit, neque in ſanguinis tenuis ac vtilis ſpeciem tranſmutari potuerit, omninoq; inutile fuerit ad nutriendum, hoc lienem eructare. Sic quòd quædam implicitè proponat, vno oſtendamus exemplo. VALVVLAM in foribus Ilei, Colíve principio (anno 1579 inuentam & demonſtratam) quam hactenus in omnibus noſtris Anatomijs, aqua infuſa & inteſtinis inflatis, oſtendimus, pluribus palpandam exhibuimus (etſi adhuc aliqui ipſa etiam meridie nil videant) inueniri non poſſe pronunciare audent: ſed quibus, quæſo, rationibus? quia Galenus nõ dixit. Lepida ſane refutatio, Philoſopho quàm maximè digna. Aſtruimus tamen Galeno notum fuiſſe, eo loci aliquid eſſe, quod ſit obſtaculo, quo

lo, quo minus & excrementa in tenuia ex crassis remeent: & clysmata in tenuia non effundantur. Quod si negent, explicent, quæso, duo hæcce Galeni loca Primus est 5. methodi medendi 11. vbi sic habet: Quæ in intestinis consistunt, bifariam curantur: nam quæ vicina ventriculo sunt, his per comesta & bibita succurritur: quæ verò inferiùs sunt sita, per ea quæ inijciuntur: quando neque ad ea quæ vicina ventriculo sunt subire potest, quod per sedem infunditur. Alter est 13. meth. med. 17. Quæ per Clysterem infusa sunt, ea omninò ad Ieiunium vsque ascendere non possunt, imò etiamsi admodum nitaris, fortasse Tenue tantùm intestinum contingent. Ergo illud quoque ex partium positura didicimus, nempe inferioribus intestinis affectis, aliquid esse per clysterem infundendũ: superoribus verò, supernè aliquid exhibendum. Sic constanter negare audét (licèt ad oculum sit manifestissimum, quemadmodum ex duabus figuris, quas calci adiecimus, colligere est) veram humoris Biliosi à sanguine, à nobis propositam, segregationem: dum dicimus, Biliosum excrementum ab hepate bifariam expurgari: crassum & permistum, per vas quod rectà ex hepate in intestinum duodenum abit, expurgari: syncerum verò, exigua vasa in hepar immissa, ad se trahere, in Vesiculam deferre, vnde etiam statuto tempore in intestina excernatur. Hanc inquam sententiam negare audent, cùm tamen sit ipsius Galeni, vt videre est 4. de vsu part. 12. & 13. 5, eiusdem 6. & præsertim 6. admin. anat. 2. Alij, inutilem esse hac de re disceptationem asserunt: quos velim mihi reddere

rationem ex Anatome, cur in Ictericis aliquibus excreméta alui flaueât, in alijs alba ſint. Eiuſmodi plura in medium adferri poſſent. Sed ne nobis ſuccenſeant, dum ad Galeni lectionem ipſos ablegamus, ne gry amplius: ſi modò ipſos rogauerimus, vt dum Galenici eſſe volunt, diligenter ipſius auctoris mentem perpendant, nec contrarium à Galeni ſententia pro ipſius opinionibus tueantur. Habebunt nunc loca infinita (plura alijs Anatomicis noſtris addita) Hippocratis, Ariſtotelis, & Galeni, noſtris adnotata, quæ illis loco ſtatuæ mercurialis eſſe poterunt, Interim Candidum LECTOREM rogamus, vt ſi quæ forſan in noſtris hiſce inuenerit, à Galeno aliter tradita, benignè interpretetur, & hoc cogitet, paruiſſe nos præcepto Galenico, qui à Patre ſuo admonitus, ne in vllius Magiſtri verba iuraret: maximè verò cùm non æquum fuerit oculis, & noſtris & plurimorum auditorum noſtrorum à tot annis, fidem derogare. His LECTOR optime in rem tuam vtere. Vale & viue, & ſi quid fructus ex hiſce noſtris perceperis, ſoli DEO opt. max. gratias age. BASILEÆ anno Saluatoris CIↃ IↃ CIX. XVI. kal: Iunij.

Tibi æterne DEVS ſit laus in ſecula, qui me lactis in morem fudiſti, & caſei ritu coagulaſti: qui me argillæ modo feciſti: qui me tuis manibus elaboraſti ac ſimul vndique feciſti: cute & carne induiſti: oſſibus & neruis compegiſti: vita ac beneficijs affeciſti, idemque tua cura ſpiritum mihi ſeruas. Etenim


Maſſa

Massæ recentis rudia adhuc primordia,
Rudisq́ massæ semina,
Ceu scripta haberes, corporisq́ lineas,
Motum statumq́ noueras;
Et membra nondum quum forent, quid adderent
Dies sciebas singuli.
O DOMINE, tu me protinus susceperas
Aluo parentis editum.
De te pependi spe, parentis pendulus
Infans adhuc ad vbera.
Ab vsque partu tu DEVS meus: tuus
Ex matris aluo me fauor
Est prosequutus. —— ——

Et os & humeros totiusq́ corporis
Sic arte mira fabricam
Finxisti, acumen nullum vt humani ingeni
Ratiove possit assequi.
Qui me parentis ventre conditum, cutis
Tenello amictu inuolueras:
Compago mira corporis nostri, tuæ
Miraculum est solertiæ.
Stupenda cuius opera nec nostra assequi,
Sed nec negare mens potest.
Nam nulla nostri tam minuta est corporis
Pars, vt tuam scientiam
Fugiat: nec vlla claustra pectoris latent
Te conditorem pectoris.
Hæc mente tacita cogitanti mihi, stupor
Torporq́ sensus alligat.
Animus tabascit, quum tua miracula
Perpendo mecum dexteræ.

Citius

Citius inibo numerum, arenæ in littore,
Quot voluat æstus corpora.
Quamuis ocellis peruigil nunquam meis
Dulcem soporem indulsero.
Reuolue mentis intimos sinus DEVS,
Latebrasq́ nostri pectoris.



GALENVS

11. de composit. Medicam.
κατὰ τόπους.

Χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα, μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα.

Quare rectè

CICERO

Philipp. XII.

Posteriores cogitationes sapientiores esse solent.

IOANNIS POSTHII ELECTORIS PALATINI Archiatri.

In libros Anatomicos & Botanicos CASPARI BAVHINI Illustriss. Ducis VVirtembergici & Teccij, &c Medici, &c.

EPIGRAMMA.

Corporis humani partes, vsumq́ libellis
BAVHINVS explicat suis
Plenius ac melius (Liuor licet audiat illud)
Quàm fecit vllus hactenus.
Insuper historiam Plantarū exanimat idem,
Et tractat accuratius,
Quàm multi ante ipsum fecêre priorib. annis:
Sic & labore maximo
Pæoniam satagit ditare industrius artem.
Hanc curre felix semitam
BAVHINE, Auctores inter celebraberis olim
Totum per Orbem principes.

Scriptum anno 1596.

IACOBI CARGILLI
Scoti.
Philos. & Med. D.

In excellentissimi BAVHINI Synopsin Anatomicam longè exactissimam, breuissimam, perspicuam,

Artis opus magnæ comprendere plurima paucis,
Interea & tenebris inuoluisse nihil.
At maioris opus, tractantem obscura reapse,
Succinctéq; loqui, perspicuéq; loqui.
Ite intertexti phalerato emblemate libri,
Quiq; inopes rerum nil nisi verba datis.
Si comes ista mihi fuerit BAVHINA *Synopsis,*
Quam mihi firmauit sæpe oculata fides:
Nil moror auratæ verbosa volumina chartæ,
Nil moror artifici pegmata sculptra manu.

Scriptum anno
1579.

In

In perfectissimam Anatomiæ Institutionem,

Quam

Excellentiss. & celeberrimus Medicorum,

D. CASPARVS BAVHINVS
Acad. Basil. Antecessor meritissimus, publico bono quartùm edidit.

D*IVORVM, haut hominum est, cæliq́ue aperire recessus;*
Corporis humani dissoluisse struem.
Te Musæ attonitæ, & diuus miratur Apollo,
Intentaq́ue tuis rarum anadema comis.
Ille ego qui vestras veneror BAVHINE *Camœnas,*
Non potui tantum nō celebrasse animum.
Te duce nunc homines sumus, atq; arcana Deorum
Nouimus, ingenij præsidio vsq; tui.

obseruantiæ igitur
I. Iacobus Grasserus Sacri Palatij & consistorij Imperialis comes, Eq. ciuis Rom.

CASPARI BAVHINI BASIL. MEDICI ANAtomici & Botanici ordinar.

INSTITVTIONES ANAtomicæ, corporis & virilis & muliebris HISTORIAM proponentes.



ΝΑΤΟΜΗ' eſt *a* vocabulum compoſitum ex *ἀνὰ ϗ τομὴ*, quaſi dicas ſectionem repetitam.

Eſt autem *a* Ars quæ partiũ humani corporis artificioſam diſſectionem docet, vt quę ſenſu in his partibus cognoſcenda ſunt, verè pateant. Cum enim corporis noſtri *b* actiones variæ ſint, ex vna ſimilique parte conſtare non potuit: quare partes materia, forma, fine & accidentibus differunt. At *c* Hippocrates totum cõſtituentia triplicia dixit, continentia, contenta & impetum faciẽtia: quæ Galenus *d* Solida, id eſt, partes, Humores, & Spiritus nominauit.

Quare pars definitur genericè, *e* quod id ſit pars corporis, quod totum complet atq; integrat. Specificè & propriè, *f* ea pars eſt, quæ animata eſt, & opus perficere poteſt. Quare Fernelio, *g* pars eſt corpus toti cohærens, cõmuni vita coniunctum, & ad illius functionem, vſum-

a *Vide præludia noſtra Anatom. publ. diſput. an. 1601. propoſita.*

b *Ariſt. 2. hiſt. an. 1. & 2. part. 5.*

c *6 Epidem. ſect. 8. tex. 19. τὰ ἴσχοντα, ἢ ὁρμῶντα, ἢ ἰσχόμενα σώματα: at Galen. ἴσχοντα, ἐνισχόμενα καὶ τὰ ἐνορμῶντα.*

d *de tremor. 5. 1. diff. feb. & in introduct. 9.*

e *1. meth. med. 5.*

f *Ariſt. 7. metaph. 11. tex. 39.*

g *2. Elem. 2.*

que comparatum. Omnes *h* autem partes simùl generantur, augentur, & discriminantur (licet maiores *i* natura priores appareant) sed non æquali *k* temporis spatio omnes simùl perficiuntur & exornantur, sed prout singulæ, & ignem & alimentum fuerint nactæ.

Quare cum in venam vmbilicalē primo sanguis feratur, ratione subtegminis ex sanguine geniti, *l* primò absoluitur, sicque ratione substantiæ carnosæ, reliquarum partium dici potest origo. Absoluūtur *m* autem communiter quadraginta quinq; diebus, siquidem

Sex in lacte dies: ter sunt in sanguine trini:
Bis seni carnem: ter seni membra figurant.

Diuiduntur partes *n* in Simplices seu *o* Similares; & Compositas, seu Dissimilares.

DE PARTIBVS SIMILARIBVS.

Similaris est, *a* quæ in similes sibi partes diuiditur: vt Caro in Carnes: decemq; sunt numero *b*.

Os.	Cartilago.
Ligamentum.	Membrana.
Fibra.	Neruus.
Arteria.	Vena.
Caro.	Cutis.

Sunt autem duplices: vel reuera *c* tales, quæ simplicissimæ dicuntur, quia in partes alterius naturæ diuidi nequeunt: vel sensus iudicio, quæ vt ad se totus sibi similes

h *Hippoc.1. de diæt. tex.21. de loc. in hom. tex.1. Arist.2. gener. an.1.*
i *Ari.2. de generat. an.6.*
k *Hippoc.1. de diæt. tex.21. & Gal. lib. an omnes partes simul.*
l *Vide librum meum de partibus similaribus vbi fusè hoc ostenditur.*
m *Hipp. de natura pueri fœmina 42. masculus 30. dieb. & 1. de diæta quidam 45. diebus, quidam 4. mensibus cōformationem habent.*
n *Arist.1. hist.1.2. par.1.*
o *Gal.8. plac.4. Eibell. de anat. vino. Auicen. lib.1. fen.1. doc.5. c.1.*
a *Ari.1. hist.1. Gal. 8. meth.6.*
b *de numero egit ex professo Galen.1. nat. fac.6.*
c *Gal.1. Element.*

similes sunt, in partes tamen alterius naturæ diuidi possunt: vt sunt Venæ & Arteriæ, ex *d* Fibris & Membranis compositæ, quarum partes toti sunt similes.

Differunt inter se, vel ratione Materiæ, vel Formæ; vel Finis. Ratione Materiæ: Similarium materia duplex est, vniuersalis, seu remota, *e* Elemēta quatuor: & particularis, seu proxima *f* semen genitale, & sanguis maternus, quæ duo generationis nostræ principia sunt.

Semen, in quo principium *g* materiale paucissimum, effectiuum validissimū, cum opificis officio fungatur, à quo prima filamenta partium, tanquam stamina, constituuntur.

h Sanguis, in quo materiale plurimū, efficiens verò imbecillum, à cuius affluxu subtegmen oritur. Hæcq; duo similarium substantiam *i* triplicem constituunt, hoc Carnosum, illud Membranosum & Fibrosum: quorum ratione partes *k* aliæ Spermaticæ, aliæ Sanguineæ, aliæ ex utriusq; *l* mistis, oriuntur.

Spermaticæ sunt, quæ ex semine factę sunt, (cuius materia à toto *m* corpore, non virtute tantùm, sed & mole defertur) quæ si dissecentur, *n* vel nunquam, vel rarò regenerātur: nec verè vniri queunt, exceptis *o* tenellorum infantum ossibus, & minoribus venis, ob *p* materiæ inopiā, & facultatis effectricis, quæ post partium corporis cōformationem *q* so-

d *Gal. de inæq. intemp. 2. 10. meth. vlt.*

e *Gal. de constitut. art. 7. com. 1. de natura humana.*

f *Gal. 2. nat. fac. 3. 1. de sem. 11. 1. sanit. tuend. init.*

g *1. de sem. 4. & 5. Arist. 2. gen. an. ossa scribit ex seminale excremento oriri.*

h *Omnes partes è sanguine menstruo. Gal. 2. nat. fac. 3. Arist. 3. part. 5.*

i *10. metho. ἰνώδης, ὑμενώδης καὶ σαρκώδης.*

k *1. sem. 11. const. art. 6 art. med. 1.*

l *colligitur ex 1. temp. vlt. 3. method. 5.*

m *Hipp. de aere, aquis & locis. Arist. 4. problem. 23.*

n *art. med. 39. Hipp. 6. aph. 19. 7. aphor. 28. Arist. 2. par. 9.*

o *6. meth. 5. art. med. 39.*

p *1. sem. 11. & 13. de const. art. 6.*

q *const. art. 16.*

r art.med.39. 6.method.5.

pitur, defectum, sed r callo medio iunguntur; eiusmodi sunt: Os, Cartilago, Ligamentum, Membrana, Fibra, Neruus, Arteria, Vena.

s Arist.1. hist.1.2. par.5.

Et hæ sunt duplices: vel s duriores, vt, Os, Cartilago, Ligamentum: vel molliores, scil. Membrana, Fibra, Neruus, Arteria, Vena.

t com.1. de natura humana.
u 1.sem.11.const.art. 6.art.med.38.

Sanguineæ, t quæ ex sanguine factæ, quę si rumpantur, u ob copiosam materiam, & facultatis generatricis robur, renascuntur: tales sunt, partes carnosæ.

x 3.meth.5. 1. temp. vlt.

Mixtæ, quæ ex semine & sanguine probè mixtis fiunt, ex quibus x Cutis generatur. Cùm enim cutis, tàm de partibus spermaticis, quàm sanguineis, iudicium ferre debuerit, meritò nō solùm ex semine, sed etiam ex sanguine vtrisq; mistis componi debuit: sin secus, de utrisque iudicium ferre nequiuisset.

y 1. Elemen. 9. com. 1.nat.human. tex.14. 1.nat.facult. 3. 1.usu part.9.de const.art.7.
z const.art.12.

Ratione verò Formę, cum Forma duplex sit, vel quatenus est Ens naturale, cuiusque particulæ y temperamentum: vel quatenus Animatum, ipsa Anima, & sic cum similarium Forma ab Elementorum qualitatibus dependeat, tot erunt z Similarium differentiæ, quot Qualitatum combinationes. Quare, ratione simplicium combinationū, differentia quadruplex: Prima & secunda, à qualitatibus actiuis, Caliditate, sic caro cordis calidissima: Frigiditate, sic pilus est frigidissimus: Tertia & quarta, à qualitatibus passi-

passiuis: Humiditate, sic partes quò molliores, eò humidiores: Siccitate, sic quantò ad tactum duriores, tantò sicciores sunt. Calidarum autem & frigidarum, *a* Tactus solus iudex est: at humidarum & siccarum, cum Tactu & ipsa Ratio. Tactus autem instrumentum temperatum *b* quoddam esse debuit, ad quod omnia mediocria conferantur, tale est Cutis, præcipuè manus hominis temperatissimi, maximè in digitorum apicibus, modo ab extrinsecus occurrentibus non sit immutata.

a *2.temp.*

b *1.temp.*

Ratione Finis, sic aliæ actionem habent *c*, aliæ non habent: quæ non habent primi sunt generis, vt Caro, Os, quæ omni actione, seu regimine priuatæ sunt. Quæ actionem habent, vt Vena, Arteria, Neruus, secundi sunt generis, eò quod partes sint similares, & simul actionem habeant.

c *Gal.art.med.5.tot.morb.tēp.7.2.Glauc.2.14.vsu part.1.*

Ab Efficiente verò causa Similarium, quæ duplex est: *d* Vniuersalis, Cœlum, & Particularis, *e* Homo, nulla differentia dependet.

d *Arist.2.phys.tex.26.*

e *Arist.1.part.1.*

At quia partes Similares non solùm generari debuere, sed etiam incrementum sumere, idcirco omnium partium similarium, alia est Materia ex qua generantur: alia ex qua incrementum sumunt, *f* Alimētum putà naturale, quod vel Nutriens est, vel Augens. Nutriens materia, alia *g* remota omnium simila-

f *Ar.2.gen.an.4.*

g *3.nat.facul.16.6.meth.5.*

rium, Sanguis: alia proxima, cuilibet peculiaris.

OS.

a 1.sem.8. Ar.2.gener.an.6.
b Hipp.de carnib.
c Ari.2.gen.an.4.

OSsis Materia ex qua generatur, est *a* crassa & terrena seminis pars, *b* cum adiūcta pinguedine & humiditate: ex qua verò incremētum sumit, *c* alimentum naturale quod vel Nutriens est, vel Augens.

d 3.natur.facul.15. 6.meth.5.
e Hippoc. de alim. Gal.3.nat. fac.15.11. vsu part.18. de inaequal.intemp.2.

Nutritionis materia *d* remota, sanguis crassior & terrestrior: proxima, *e* ossium Medulla: quæ etiam auctionem tribuit.

f Plato. Hippoc. de Carnib.
g Polyb.de nat. pueri.
h 2.gen.an.4.
i 1.nat.fac.6. γεννητικὴ καὶ ἀλλοιωτικὴ.

Efficiens est *f* Calor diuinus seu insitus, seu *g* Spiritus in semine, calor naturalis *h* Aristoteli; vel vt Galenus, *i* Facultas generatrix & altrix ὀστοποιητικὴ dicta, quæ à calore dependet.

k Ar.2.gen.an.1.
l Fallopius de simil. partib.

Forma vel est Essentialis, vel Accidentalis. Essentialis, est propria ossis *k* Anima: Medicis ipsa soliditas *l* in tota substantia sibi similis, eiusq; robur. Accidentalis, est ipsius figura.

m 16.vs.part.2.1. ad. anat.2. libell. de ossib. Auic.cap.de Ossibus.
n Ar.2.part.2.

Finis præcipuus & communis *m*, vt partibus sit fundamentum.

Est ergo Os, pars similaris *n* solida ac sicca, ex semine terreno, pingui, à potentia ossifica, calore diuino genita, vt partibus sit fundamentum.

CARTILAGO.

a 1.sem.8.

CArtilaginis Materia generatiua, est *a* terrestrior, mollior & viscidior seminis pars: ex qua verò nu-

tritur

tritur & conseruatur, vel est remota, *b* sanguis crassus & viscidus: vel coniuncta, *c* mucosum illud, quod ipsis circumfunditur.

b 3.fac.nat.15. 6. meth.5.
c 3.fac.nat.15.12.& 16.vsu part.

Efficiens, facultas *d* χονδροποιητική in ipso ytero.

d 1.nat.fac.6.

Forma, flexibilitas & lentor in tota substantia.

Finis præcipuus & communis, *e* partes motui destinatas, custodire.

e 12.vsu part.15.16. vsu part.2.

Est ergo Cartilago, pars *f* similaris solida *g*, osse *h* mollior, flexilis, sensus *i* expers, ex semine terreno, partim pingui, partim viscido, à potentia cartilaginifica genita, ut partes motui destinatas custodiat.

f Ar.1.hist.1.Gal. 7.de vsu part.3.
g Arist.1.hist.1.
h 7 vs.part.3. & 12. vs.part.
i 16.vs.part.2.

LIGAMENTVM.

Ligamentum seu vinculum, impropriè denotat *a* quicquid in corpore alterū alteri colligat: at propria significatio, ex ipsius natura colligitur.

a 1.motu musculorum 1.

Materia ex quâ, est seminis pars *b* lenta, tenax, quam calor in ossis generatione extraxit. Materia alimentalis proxima, humor *c* lentus, mediis fibrarum spatiis inspersus.

b 1.sem.10.
c 3.nat.facul.10.

Efficiens, facultas *d* συνδεσμοποιητική.

d 1.nat.facul.6.
e 12.vs.part.2.

Forma, est soliditas & durities propria, carne *e* durior, cartilagine mollior.

f 1.plac.9.1.ad.anat. 10.1.motu musc.1. 16.vs.part.2.

Finis, corporis *f* partes sibi mutuò colligare.

g 1.Elemen.8.1. diff. morb.3.1.nat.facul. 6.de inæq.intemp.2.
h 12.vs.part.2.

Est ergo Ligamentum pars *g* similaris, *h* solida, dura, ex semine lento, tena-

ci, à propria vi ligamentifica genita, vt partes inter se colliget.

MEMBRANA.

a 4. vs. part. 9.

MEmbranas communiter *a* veteres ὑμένας, χιτῶνας καὶ μηνίγγας vocârunt. Anatomici Membranæ & Tunicæ nomine *b* indifferenter vtuntur. Ὑμένας vocant genericè, propriè tamen dicuntur *c* de ea, quæ partem extrinsecus ambit, vt sunt Peritonæum & Pleura: χιτῶνος vox propriè de corporibus *d* vasorum, vt Venæ: sic Μήνιγξ *e* peculiariter de duabus cerebri membranis, dicitur.

b vt Gal. 7. ad anat. 2. 4. vs. part. 9.
c 7. adm. anat. 2.
d 6. adm. anat. 11.
e quo significato vsus Ar. 3. hist. Aphrodis. 1. prob.

Materia ex qua fiunt, *f* semen est *g* lentum seu viscidum. Materia alimentalis proxima, humor *h* lentus, qui iis inspersus conspicitur.

Efficiens, facultas est *i* ὑμενοποιητική.

Forma, superficiei *k* æqualitas.

Finis, partes *l* vestiendo custodire.

Est autem Membrana, pars *m* similaris *n* lata & plana, ex semine viscido & aquoso, à facultate propria membranifica genita, vt partes vestiendo custodiat.

f 2. temp. 2. 1. sem. 10.
g Hipp. de carnib. Gal. 2. temp. 2.
h 3. fac. nat. 15.
i ad imitationem Galeni 1. nat. fac. 6.
k 2. loc. aff. 7.
l 6. ad. anat. 7. & 7. eiusdem 2.
m Arist. 3. hist. 2. Gal. 2. Elem. 1. 1. nat. fac. 6. de inæqu. intemp. 2. 8. plac. 4. diff. morb. 3. & 1. meth. 6.
n ex 2. loc. aff.

FIBRA.

FIbræ (quas villos, stamina, filaméta nominant) propria in significatione, sunt ex *a* genere substátiæ similarium, & quidem duplices: vel quæ in visceribus *b*, venis & arteriis reperiũtur, & propria est fibrarum species: vel quæ *c* Musculorum fibras & tendines constituunt.

a 3. sem. 10. 2. temp. 3. 10. meth. vlt.
b 2. temp. 3 1. sem. 10.
c 1. sem. 10. 2. temp. 3. 1. fract. 12.

Materia

Materia generatiua, semen est, & quidem vel mediata, vel immediata. Immediata *d*, earum fibrarum, quæ in visceribus reperiuntur. Mediata, earum quæ Musculorum fibras constituunt: harum enim immediata *e* materia est vel Neruus, vel Ligamentum. Materia alimentalis proxima, *f* humor lentus, qui iis inspersus visitur.

Efficiens, facultas est *g* ἰνοποιητική.

Forma, subtilitas propria telis *h* aranearum similis.

Finis, vt carnis omne genus *i* custodiant.

Est ergo Fibra, pars *k* similaris subtilis, ex semine, à facultate propria fibrifica genita, vt carnem custodiat, *l* motumq; adiuuet.

d 1.*sem.*10.
e 2.*temp.*3.
f 3.*fac.nat.*15.
g *ad imit. Gal.*1.*fac. nat.*6.
h 1.*sem.*10. 10.*meth. vlt.*
i 1.*de fract.*12.1.*sem.* 10.
k 1. *Elem.*8.10.*meth. vlt. Arist.*3.*hist.*2.
l 3.*fac.nat.*8. 8.*adm. anat.*5.

NERVVS.

NEruus impropriè de *a* Ligamento, & *b* Tendine, propriè de *c* organis sensum & motum deferentibus, dicitur.

Materia generatiua, est seminis *d* pars glutinosa & frigida, quæ neruorũ principium primum est, ipsis esse dans: alterum principiũ est Cerebri medulla ipsis virtutem tribuens, hocque principium *e* est Dispensationis, illud verò Originis.

Materia alimentalis proxima est *f* humor lentus, mediis neruorum spatiis inspersus, quem ex sanguine venarum traxerunt.

a 1.*plac.* 9. *libello de ossib.*
b 3.*fac.alim.* 4. *vs. par.*17.6.*meth.*4.2. *loc.aff.*2.
c *Hipp. Gal.*1. *plac.* 9.1.*motu muscul.*1.
d *Hippoc. de carn. Gal.*1. *sem.*5. *Arist.* 3.*hist.*5.
e *Hæc distinctio est Gal. de fœtus form.*4. 7.*plac.*3.
f 3.*fac.nat.*15. *Arist. de Spirit.*4. *mucum dicit illu adhærẽtem.*

Efficiens, eſt facultas *g* νευροποιητική.

Forma, eſt virtus quam ab altero principio ſuſcepere, ad quam compoſitio referri debet, quæ triplex *h* eſt: Medullaris, *i* fibroſa, & membranoſa, quare ſenſus iudicio ſimilares ſunt, quemadmodum & Venæ & Arteriæ.

Finis, facultatem *k* animalem ſenſitiuam & motiuam à Cerebro acceptam, partibus diſtribuere.

Eſt autem Neruus, pars *l* ſimilaris, ex ſemine glutinoſo frigido, à facultate propria neruifica genita, ad animalis facultatis diſtributionem.

g 3.fac.nat.6.
h 7.placit.3.
i 1.plac.9.3.fac.nat. vlt.
k de diſſect. neru. 1. 7.plac.3. 5.vſ.par.9.7. eiuſd.14.16.eiuſd.3.
l 1.elem.8. 2.elem.1. & 1.nat.fac.6.8.plac. 4.diff.morb.3. 12.vſ. part.2. Ariſt.1. hiſt. 1.2.part.2.

ARTERIA.

Arteria veteribus dicebatur de Fiſtula, *a* ex ore in pulmones deſcendente, aërem inſpiratum deferente, quam arteriam aſperam *b* ab inæquali ſubſtantia appellamus. Propriè verò dicitur de eo vaſe, quod vitalē ſpiritum & ſanguinem continet, quod arteriam paruam, Hippocrates *c*: vetuſtiſſimi *d* venam: Ariſtoteles, *e* venam minorem, & venam Aortam: Arabes *f* venam pulſatilem vocauerunt.

Materia generatiua, *g* ſemen eſt *h* glutinoſum, & magis frigidum, hocque eſt principium *i* Originis, quod ipſis eſſe dedit. Materia alimentalis, *k* ſanguis, qui in ipſas tunicas attrahitur.

Efficiens, vis *l* propria Arterias generans, quæ ἀρτηριοποιητική dici poteſt.

a Hipp. de corde. Ariſt.1. hiſt.16.2. eiuſd.15.3.par.3. de reſpir.11.& 1.probl.22
b 7.ad.anat.1. & 7. comp.ſecund.lo.1.
c de Corde.
d 7.plac.9. Hipp. 6. Epid. de Carn. Plato.
e 3.hiſt.4.1.eiuſ.16.7. eiuſd.4. de reſpir.15.
f Auicen. lib.1. fen. 1. doc.5.ſum.4.cap.1. Auer.1.col.5.
g 1.ſem.5 & 11.
h Hipp. de Carn.
i de form.fœt.4.
k 3.fac.nat.15.
l vt Gal.1.fac.nat.6.

Forma, eſt Arteriarum facultas & virtus, quam ab altero principio Diſpenſationis, corde *m* nimirum, à quo communiter oriri dicuntur, ſuſcipiunt. Ad hanc & compoſitio referri poteſt, quæ *n* triplex, carnoſa, *o* membranoſa, & *p* fibroſa, ita vt dicere liceat, ratione ſubſtantiæ membranoſæ & fibroſæ, ex ſemine: ratione carnoſæ, ex ſanguine oriri.

Finis, Facultatem *q* vitalem, & ſanguinem ſpirituoſum cum calore ad partes corporis deferre, & motu perpetuo à putredine conſeruare.

Eſt ergo Arteria, pars *r* ſimilaris, ex ſemine glutinoſo & frigido, à facultate propria arterifica genita, ad facultatis vitalis diſtributionem.

m *Hipp. de Cord. de Carn. Plat. Ariſt. 3. hiſt. 4. Gal. 1. vſ. par. 16. 6. eiuſd. 22. 16. eiuſd. 2. 1. plac. 7. 6. eiuſd. 6. de diſſect. ven. & art. 1. an ſang. in art. 2.*

n *10. meth. vlt.*

o *de inæq. intemp. 2. 6. vſ. part. 11. 7. adm. anat. 5.*

p *inæqual. intemp. 2.*

q *8. plac. 8.*

r *2. elem. 1. differ. morb. 3. inæqu. intemp. 2.*

VENA.

VEnæ vox, & Venis & Arteriis cōmunis: Veteres enim *a* Arteriam vocabant Venam pulſatilem. Venam verò propriè dictam, Venam *b* non pulſatilem, quę Ariſtoteli *c* Vena maior.

Materia generatiua, *d* ſemen eſt *e* glutinoſum & frigidū, quod ipſis primum principium Originis, & ipſum eſſe dedit. Materia alimentalis eſt *f* ſanguis.

Efficiens, *g* vis propria φλεβοποιητική.

Forma, Facultas & virtus quam à principio *h* Diſpenſationis, Hepate *i* nimirum, à quo oriri dicuntur, ſuſceperunt: ſed & compoſitio ipſarum, vt & Arteriarum, triplex eſt.

a *Hipp. 2 epidem. Gal. 6. plac. 9.*

b *7. comp. ſec. loc. 1.*

c *Ar. 7. hiſt. 4. et 16.*

d *1. ſem. 5. & 11. de form. fœt. 4.*

e *Hipp. de Carn.*

f *3. fac. nat. 15.*

g *ad imit. Gal. 1. fac. nat. 6.*

h *form. fœt. 4.*

i *Hippoc. de alim. Gal. 4. vſ. part. 12. 5. eiuſd. 2. 6. plac. 3.*

Finis, facultatem *k* naturalem cum *l* ſanguine ad totum corpus deferre.

Eſt autem Vena, pars *m* ſimilaris ex ſemine glutinoſo, & frigido, à facultate propria venifica genita, ad ſanguinis diſtributionem.

k *art. med. 9.*
l *Ariſtot. 3. par. 4. Gal. 1. vſ. par. 16. diff. morb. 7.*
m *Ariſt. 3. hiſt. 2. 2. part. 1. Gal. differ. morb. 3.*

CVTIS.

CVtis Materia ex qua, *a* ſanguis eſt cum ſemine probè mixtus. Materia alimentalis, ex vtroque mixta.

Efficiens, eſt facultas *b* propria cutim producens, δερμοποιητική.

Forma, eſt ipſius Temperamentum.

Finis, vt corporis totius *c* tegumentum ſit.

Eſt autem Cutis pars *d* ſimilaris ex ſanguine cum ſemine mixto, à facultate propria genita, ad omnium partium cuſtodiam.

a *1. temp. vlt. 3. meth. 5.*
b *ad imit. Galen. 1. nat. fac. 6.*
c *de cauſsis morb. 6.*
d *de inæq. int. 2. Ariſt. 1. hiſt. 1.*

CARO.

CAro tribus modis dicitur, vno propriè, duobus impropriè. Propriè, de *a* carne Muſculorum dicitur: Alterum *b* genus huic finitimum, fibris omnibus Cordis, ventriculi, œſophagi, inteſtinorum, veſicæ vtriuſque ac vteri, circumnaſcitur. Tertium genus, eſt propria cuiuſque viſceris ſubſtantia, quam cum Eraſiſtrato *c* παρέγχυμα affuſionem, vocamus, quia ſanguis è venis effuſus circa vaſa omnia concreſcit: quemadmodum enim ſine venis *d* parenchymata eſſe nequeũt, ſic Venarum etiam

a *7. adm. anat. com. 6. in 6. epid. 10. meth. vlt. 11. ſimpl. 1. 2. tẽp. 3.*
b *1. nat. fac. 6.*
c *10. meth. vlt.*
d *Ariſt. 3. hiſt. 13.*

etiam gratia creata ſunt. Talis eſt Cerebri, pulmonum, hepatis, lienis, renum: & hæc Caro, cuiuſq; actionis ipſius viſceris cauſſa eſt, ſi non ſine qua non, at ſaltem adiuuans.

Materia ex qua generatur, *e* ſanguis eſt mediocriter ſiccatus. Materia alimentalis etiam ſanguis eſt, vnde & carnis abundantia *f* ex ſanguinis copia naſcitur.

e 2. meth. 5.

f Ariſt. 3. hiſt. 16.

Efficiens, eſt propria facultas carnem generans, quæ & deperditam regignit.

Forma, eſt ipſius Temperamentum.

Finis, eſſe inſtar propugnaculi & tegminis, *g* aduerſus æſtũ & frigus: at propriæ carnis, fibris quibus circumiicitur robur addere: vt Viſcerum, vaſa firmare, & ſpatia inania opplere.

g Plato in Timæo. Gal. 1. vſ. part. 13.

Eſt autem Caro, pars *h* ſimilaris ex ſanguine, à facultate propriâ genita, ad fibrarum, quibus circumiicitur, robur.

h 1. elem. 8. 2. elem. 1. de inæq. intemp. 2. 1. nat fac. 6. Ariſt. 1. hiſt. 1. 2. part. 2.

DE PARTIBVS DISSIMILARIBVS.

DIſſimilares *a* ſunt, quæ aptæ ſunt *b* in partes diſſimiles, nõ in ſimiles ſecari: vt Manus non in Manus ſecatur: & quemadmodũ partes Similares, partes dicebantur: ſic Diſſimilares, Philoſopho membra dicũtur. Harum aliæ minus, aliæ magis ſunt compoſitæ, vel inſtrumenta magis vel minus compoſita. Differentiæ enim quatuor *c* ſunt.

a de differ. morb. 4. Ar. 1 hiſt. 1.

b 1. hiſt. 1.

c de diff. morb. 4.

Prima Inſtrumẽta, ex ſimilaribus coa-

lescentibus vnius gratia constituuntur: vt Musculus, vena, arteria. Secunda, ex his componuntur, vt Digitus. Tertia, ex secundis fiunt, vt Pes, Manus. Quarta, ex tertiis, vt totum Brachium, totũ Crus.

Instrumentariæ namq; partes dicuntur etiam *d* dissimilares, & *e* Instrumenta: verùm non omnia instrumenta *f* partis Dissimilaris nomen merentur. Instrumentum enim, est *g* quælibet animalis pars, quæ perfectam actionem edere potest: vt *h* Animæ, ipsum corpus; visionis, oculus: apprehensionis, manus est *i* instrumentum: quæ non solùm instrumenta sunt, sed & instrumẽtales partes, quod ex pluribus similaribus sint compositæ. Verùm Nerui, instrumenta sunt, quoniam actio *k* aliqua illis commissa est, vt distributio *l* sensus & motus per totum corpus, non tamẽ instrumentariæ sunt partes, quia ex diuersis similaribus compositæ non sunt. Sic venæ & Arteriæ sunt instrumenta, non autem instrumentariæ partes.

d *Arist. 1. hist. 1. 2. part. 1. Gal. differ. morb. 4.*
e *1. elem. 9.*
f *8. vs. part. 7. & 8.*
g *1. meth. 6.*
h *1. vs. part. 2.*
i *1. vs. part. 8. 9. 10. 16.*
k *4. vs. part. 14.*
l *de diff. morb. 4.*

In vnoquoque verò organo quatuor sunt partium genera: Primum genus earum, per quas actio fit: vt Chrystallinus humor, in oculo. Secundum, sine quibus non fit actio, qualis est Neruus opticus & reliqui oculi humores. Tertium, per quas melius actio fit, vt Tunicæ & Musculi oculorum. Quartum, per quas actio conseruatur, palpebræ, oculorum orbitæ.

Iam verò partes tàm Similares quàm Dissimilares, ratione finis, seu vsus, diuiduntur in *m* Principes, & non Principes. Principes quæ vniuersum corpus regunt, quibus mutatis, totius quoque constitutio mutatur: quarum aliæ conferunt Indiuiduo, Cerebrum, Cor, & Hepar; inter quas ratione necessitatis, Cor, at ratione dignitatis, Cerebrum præferendum. Aliæ Speciei, ut Testes. Non Principes, quod licet mutentur, non tamen totum mutetur: quæ vel à Principibus oriuntur, vel non oriuntur. Quæ oriuntur à principio, *n* non Originis, sed Dispensationis, Ministrantes dicuntur, quod vsum præbeant, vel toti corpori, sic à Cerebri medulla, Nerui: à Corde, Arteriæ: ab Hepate, Venæ. Vel Principibus solis, ut Auriculæ cordis, Cordi: Venæ mesaraicæ, Hepati: Vasa seminaria, Testibus. Vel vni parti tantùm, vt Arteria venosa, Pulmonibus.

Quæ non oriuntur, aliæ ad indiuidui conseruationem necessariæ, aliæ nō necessariæ sunt: necessariæ sunt, Cerebro, organa sensuum: Cordi, pulmo: Hepati, ventriculus, lien, renes, vesica: Ventriculo, intestina. Non necessariæ, aliæ facultatem habent, aliæ non, quæ habent, vel solùm insitam, & se ipsas tantùm gubernant: vt Os, cartilago, ligamētum, membrana, pinguedo, glādulæ, caro simplex, Aliæ facultatem habent insitam & in-

m *art. medic. 5. simi- lis habetur lib. de totius morbi tempor. 7. & 2. ad Glaucon. 2. Sic 14. vs. par. 1. triplices, aliæ ad viuendum necessariæ, ut Cerebrum Cor & Hepar: quædam ad viuendum commodius, vt Oculi, nares, aures, manus: quædam ad generis instaurationem, ut pudenda, testes, matrices.*

n *de fœt. form. 4.*

fluentem ſimùl: vt Caro non ſimplex, Muſculus. Aliæ facultatem nullam habere creduntur, vt Pili, Vngues, cum tamen *o* viuant, & nutriantur.

o 2.*adm.anat.*

Plura qui volet, librum noſtrũ quem de Similaribus ſcripſimus, conſulat.

PARTES CONSTITVENtes *infimum Ventrem.*

CORpus humanum diuiditur in *a* Ventres ſeu Principia *b* quæ animal ipſum adminiſtrant, & Artus.

Venter alius inferior, Naturalium: alius medius, Vitalium: alius ſupremus, partium Animalium domicilium. Artus verò, in Manus, & Pedes diuiduntur.

a *Hippoc.*1.*de diæt. Gal. de inæqu.int.*1.
b 7.*vſ. part.* 21. *at Aegineta lib.*1. *cap.* 100. *ſecutus Dioclem, in caput, thoracem, ventrem & veſicam diſtraxit. Ariſtot.*1. *hiſt.*7. *Ruff.lib.*1. *c.*3. *Oribaſius* 25. *coll.*1. *in caput, collum, thoracem, manus & crura diuisêre.*

A Ventre inferiore exordiemur, cum *c* in ſectione id fieri ſoleat, ne dum Ventris alterius partes inquirimus, cadauer propter excrementa in inteſtinis contenta, fœtere & putreſcere incipiat, ſicq; reliquarum ſectio impediatur.

c 5.*ad.anat.*6.

Venter *d* inferior, eſt totum id quod cartilagine enſiformi, vtrinque coſtis, & pubis oſſibus circumſcribitur. Qui inferior, quò ciborum excrementa grauia recipiat, & faciliùs extrudat: qui anterius totus *e* carneus, quò ob alimenta aſſumenda, & fœtus geſtationem, dilatari poſſit.

d *Ariſtot.*1.*hiſt.*13. *propriè* γαστὴρ: *impropriè,* ἐπιγάστριον: *poetis* Νηδὺς *Lat. venter & aluus: Celſo imus venter: vulgo, abdomen.*
e 7.*vſ.part.*21. *Ar.* 2.*par.*9.4.*part.*10.

Diuiditur in partem anteriorẽ & poſteriorẽ: anterior epigaſtrium, *f* Arabibus Mirach, quam in partem ſuperiorẽ, ſeu Hypochondria: mediam, ſeu regionem

f *com.*2.*aph.*35.

nem vmbilici: & inferiorem, seu Hypogastrium *g*, vel partes ad pubem attinentes, subdiuidimus. At pars posterior in superiorem, quæ lumbos, & inferiorem, quæ nates constituit, subdiuiditur.

g *non nullis paruus venter.*

Constituunt autem hunc ventrẽ, partes duplices, continentes seu inuestientes, & contentæ.

Continentes, communes & propriæ: Communes, *h* cuticula, cutis, pinguedo, cum sua membrana, panniculus carnosus & musculorum tunica.

h *propriè abdominis nomine exprimũtur, vide 5. us. part. 14. sic 6. meth. cutim & musculosam partem infimi ventris, epigastriũ nominat.*

Propriæ, sunt musculi decem, & peritonæum.

CVTICVLA. *a*

Cuticula, cutis efflorescentia *b* est, in ipsius generatione producta, in qua dum semini sanguis probè miscetur, vapor humidus sanguinis efflorescens, à calore intrinseco protrusus & aëris frigiditate *c* condensatus, in cuticulam vertitur, quo modo pulti cuticula ex vaporibus eleuatis supernascitur. Tenuissima est, sensus *d* expers, facilimè deperditur, facileque regeneratur. Cuti supernascitur, unde ἐπιδερμὶς dicitur, ut eius exquisitum sensum attemperando, fiat sensus *e* tactus medium: dein, ut vasorum capillariũ oscula tegat, siquidem hac auulsa, ex osculis sanguis effluat: tum vt cutim tueatur, læuemq; reddat.

a *cutis superficies Galen. cuticula summa, Celso.*

b *3. meth. 5. alijs ex finibus vasor. capillarium: alijs ex excrementis cutis, ex 3. histor. 11.*

c *Hipp. de carnib.*

d *3. & 14. meth.*

e *Arist. 2. de anima text. 114. ait omnia quæ sentimus per medium sentimus: & alibi, nulla fit sensatio per immediatum contactum sensibilis & sensorij.*

CVTIS.

CVtis, Græcis *δέρας a ἀπὸ τοῦ δέρεσθαι*, eo quod excoriari poſſit: alijs *δέρμα b*, quaſi *δέμα* vinculũ, corpus colligans dicitur. Hæc totum corpus *c* ambit, ex ſanguine *d* cum ſemine probè mixtis gignitur, *e* & pro ratione humorũ coloratur: craſſa eſt, mollis, ſenſuque *f* prædita, vt tactus ſit Inſtrumentum: quæ ab aliis partibus facilè ſeparari poteſt, *g* ab aliis difficilè, aut vix, vt in plãtis pedum, volis manuum, cute frontis, & totius ferè faciei, propter *h* tendines & muſculos inſertos: poroſa, *i* quo concoctionis tertiæ excrementa repurgari poſſint: continua, niſi *k* vbi meatibus naturalib. datur exitus, Oculis, auribus, naribus, ori, papillis mammarũ, virgæ, podici; in mulieribus, vtero; & in fœtu umbilico, & in vnguibus. Quæ, vt nutriatur, viuat, & ſentiat, organa *l* cõmunia recepit: Venas quidem cutaneas ſex, duas à iugularibus, per caput & collum: duas ab Axillaribus, per brachia, thoracem, & dorſum: duas ab Inguinibus, per pedes, lumborum regionem & infimum ventrem diſſeminatas, quarum dextræ cum ſiniſtris, inferiores cum ſuperioribus iunguntur. Arterias verò, ab Inguinibus. Neruos, non quidem proprios & definitos, *m* ſed ex partibus ſubiectis fibras productas, quæ inæqualiter diſſeminantur: duo tamen inſignes circa papillas,

a *Hipp. de arte δέρην vocat.*
b *Hipp. de nat. oſſ.*
c *2. uſ. par. 6.*
d *1. temp. vlt. 3. meth. 5.*
e *Hipp. lib. de ſuccis.*
f *16. uſ. par. 2. & 3. ad. an. 2. at Ariſt. 3. hiſt. an. 11. ſenſu carere ſcribit.*
g *11. vſ. part. 15.*
h *2. vſ. part. 6.*
i *vide Ar. 3. hiſt. 1. & 5. gen. an. 3.*
k *Ar. 3. hiſt. 11.*
l *ſic vocauit Gal. 1. ſem. 5. 1. meth. 6. 2. vſ. part. 19. 4. eiuſd. 12.*
m *16. vſ. part. 2.*

pillas,

pillas, vnde earum exquiſitus ſenſus, cõſpiciuntur.

Finis, *n* corporis commune eſſe tegumentum, & veſtis inſtar *o* à calore, nimioque frigore defendere, & caloris nimium effluxum cohibere.

n 14.*meth. med.*2. 3.*adm. anat.* 1. *de cauſ.morb.*6.

o *Hipp.de Carn. Gal.*8.*vſ.part.*1. 3.*alim.*

PINGVEDO.

Pinguedo quę inter *a* cutim & panniculum carnoſum ſternitur, ex tenuiore, oleoſa *b* exquiſitè *c* elaborata ſanguinis portione, è venis tenuioribus *d* exudante, à calore *e* moderato & membranarum, à quibus album colorem contrahit, *f* denſitate, coaleſcit: quã membranam nerueam, tenuiſſimã, denſiſſimam tamen, ſub cute videmus vniuerſum corpus ambire, quò circa ipſam pinguedo cumuletur.

a πιμελή. *Ar.*2.*gen. an.*4.*ſub.cute.*

b 2.*temp.*3.& 6.*vſ. part.*2.

c *Ar.*3.*hiſt.*19.3.*p.* 1.*gen.an.*18. & 19.

d 16.*vſ.part.*2.

e 4.*part.*2.

f *Ariſt.à calore.*3. *hiſt.* & 2.*par.*5.& 3. *par.*9. *Gal.*1.*temp. vlt* & 2.*temp.*3.*à frigido, ſed Gal. calorẽ debilem intelligit.*

Hâc vt non omnes ætates, ita nec partes omnes, vt ligamenta, penis & ſcrotum, quibus inutilis eſſe poterat, donantur: eſtque in iis partibus, quæ valentiùs *g* moueri debent, durior: aliis verò quibus innitimur, mollior.

g 13.*vſ.part.*

Differt autem ab Adipe, *h* quod celeriter *i* calore liqueſcat, nec facilè rurſus concreſcat. Adeps *k* veró non facilè liqueſcit, ſed celerrimè conglaciatur, & pinguedine durior eſt.

h 3.*fac.alim.*11.*et* 14. *ac lib.*11.*ſimpl.Ar.* 3.*hiſt.*17. & 2.*part. an.*5. *etiam differentiam oſtendit.*

i 1.*temp.vlt.*& 6. *ad.an.*6.

k τὸ στέαρ *Ariſt.* & *Gal.*

Vſus, partes tueri, potiſſimum vaſis quæ ad cutim feruntur, ſubſterni: calorem *l* natiuum fouere, & in inediis in alimentum conuerti.

l 4.*vſ.part.*11.

MEMBRANA SIVE PANNICVLVS CARNOSVS.

PAnniculus *a* carnoſus, ſeu Muſculus *b* membraneus, membrana eſt, ex ſemine pronata, cuti & pinguedini ſubiecta, corpus vniuerſum ambiens: quæ cuti, mediantibus vaſis; membranæ verò ſubiectę, per fibras *c* tenuiores, hæret.

Oritur circa dorſum, membranæ inſtar, & ad axillas progrediens, carnoſior redditur, ac in modò natis, carnem: in adultis verò, ob continuam exſiccationem, membranam refert, inq; homine, exceptâ fronte, immobilis: cuius cuti fibris carnoſis, vt & muſculo lato, ita connectitur, vt ab iis vix ſeparari poſſit: in brutis verò, huius interuẽtu, cutis mobilis *d* redditur. At parte qua Muſculos tangit, lubrica, ne Muſculorum motum impediat.

Cuius vſus, ne pinguedo à continuo Muſculorum motu liqueſcat, impedire: vtq; vaſa ad Cutim abeuntia *e* fulciat, & cutis læſa *f* rectiùs conſolidari poſſit.

a *Auicen*. 3. *Can. Gal.* ὑμλὼ *membrana* 3. *ad.an.*2. *&* 5. *ad.an.*7. *dicitur etiã* ὑμλὼ σαρκώδης: *alijs membrana generalis corporis: quam, Curtius noluit Galenum ignoraſſe, cum vocet l. c. membranã cuti continuam, cuius & 6. meth.4. meminit.*

b 1. *&* 3. *ad anat.*2.

c 3. *ad.anat.*2.

d *ſic Elephas, cutis corrugatione muſcas interficit: & equus, minus exercitatum equitem deijcit.*

e 3. *ad.anat.*2.

f *Ariſt*. 3. *hiſt.* 11. *vbicunq; cutis per ſe ac ſine carne eſt, vulnerata non coit.*

MEMBRANA MVSCVLORVM PROPRIA.

MEmbrana Muſculorũ *a* propria, aliarum mẽbranarum inſtar tenuis & neruoſa, à fibris *b* neruoſis Muſculorũ orta, tenuiſſimis filamentis, ipſis muſculis, vt eos inueſtiat, & à ſe inuicem ſeparet, annectitur.

a 7. *ad anat.* 2. *At differentiam inter membranã* ὑμλὼ *& tunicam* χιτῶνα 6. *ad.anat.* 11. *& loc. cit. item* 4. *vſ. part.* 9. *explicat.*

b *nonnullis à perioſtio.*

PAR-

PARTES CONTINENTES propriæ.

DE MVSCVLIS IN GENERE.

MVsculus *a* pars est corporis organica, motus volũtarij, vel potius eius qui secundum impetum fit *b* instrumentum. Ex *c* fibris spermaticis, quæ fundamenta sunt omnium corporis partium, carne, venis, arteriis, *d* neruis, tẽdinibus, & membrana propria constatur. Fibris namq; spermaticis, quæ vnius generis *e* sunt, caro ad Musculi molem & robur circumfunditur: Venæ, alimentum aduehunt: Arteriæ, calorem insitum custodiunt: Nerui, ipsis sensum largiuntur (quia nulla caro *f* ex se ipsa sensum habet) & maximè motum; à Cerebro *g* namq; per Neruos, Musculis motus est. Tendines, (qui ex *h* tenuissimis tum Neruorum, tum ligamentorum fibris componũtur) in quem *i* omnes desinunt, ad robur conferunt, quo parti inserti eam mouentes, non rumpantur, sicque Musculus primum sit motus voluntarij instrumentum. Membrana circumiicitur, ut Musculum ambiendo ab alio distinguat, sensumq; tactus præbeat.

a *μῦς Hipp. lib. de arte, & Galen. vel quod aliqui formæ murem excoriatum imitentur: vel quod pisci qui musculus vocatur, similes sint. Latinis Lacertus, à similitudine lacertæ.*
b *1. de mot. musc. 1. 2. vs. part. 11. 10. vs. part. 9.*
c *art. med. 5. 6. vs. part. 8. 10. vs. part. 9. 5. ad. an. 4.*
d *1. vs. part. 8.*
e *6. vs. part. 8.*
f *1. vs. part. 8.*
g *1. mot. musc. 1.*
h *11. usu part. 5. quare partes similares non sunt.*
i *1. plac. 9. 6. meth. 4. 1. vs. part. 17. 12. eius. 3. 1. motu musc. 1.*

Ex his conflatus, in partes tres dissimilares diuidi solet: Principium, quod *k* caput musculi dicitur, & in aliis carnosum, in aliis neruosum, in aliis membranosum, in quod maxima ex parte Neruus inseritur. Medium, circa partem tu-

k *1. mot. musc. 2.*

mentem, quod ventrem seu corpus nominant: & Finem, qui cauda & *l* ἀπονεύρωσις dicitur, estq; Tendo, qui in partem mouẽdam, modò teres, modò latus, modò longus inseritur.

l 1. mot. musc. 1. & 3. 1. vs. par. 16. 5. eiusd. 14. 5. ad. an. 7. 6. meth. 4. diss. musc. 26. quasi eneruatio.

Omnis verò Musculi actio duplex: Primaria, est ipsius *m* versus suum principium contractio, & oppositi *n* musculi relaxatio. Secundaria, est illius relaxatio, & oppositi musculi contractio, (quæ duæ actiones in musculis manus & pedis maximè conspiciuntur) singuli namque musculi, singulos *o* habent & simplices motus. Variant autem musculi ratione quantitatis, qualitatis, ortus & implantationis, vt alibi ostensuri sumus.

m 10. vs. part. 9. 11. eiusd. 4.

n 1. mot. musc. 5. 11. vs. part. 8.

o 6. vs. part. 8. 11. vs. part. 9. 12. eiusd. 8.

DE MVSCVLIS DECEM ABDOMINIS.

Abdominis *a* musculi communiter vtrinque quinque *b*: Obliquè descendentes, & ascendentes dicti, vel potius Externi & Interni: Pyramidales: Recti & Transuersi, à fibrarum ductu denominati.

Obliquè descendentes seu Externi, ab Ilij ossis summitate, carnosi, à pubis osse, neruosi, & à Membrana è vertebrarum lumborum ligamentis enata, membranosi prodeuntes sursum abeunt, partimq; carnosi, septem costis inferioribus antequam in cartilagines desinant, quo firmius innitantur, adnascuntur, & Serrato maiori pectinatim inseruntur: partim

a 5. vs. part. 14. & 15. ipsorum historiam (& de diss. musc. 26.) proponit: & cur octo debuerint esse, ex fibrarum positione ostendit: at. 5. ad. anat. 6. & 7. administrationem duplicem docet: & eorundem verum situm exponit. quemadm. & 6. meth. 4. De his quoque egit 5. loc. aff. 6. modum explorandi abdominis tumores aperiens.

b pleriq; Anat. vtrinq; quatuor statuunt. Gal. 5. ad. an. 7. secuti.

tim membranosi, in abdominis medium ad lineam candidam, feruntur: hæc ex tendinibus musculorum constituitur, candida *c* est, quia carnis expers, estque supra vmbilicum latior, infra verò angustior & à mucronata cartilagine ad pubis ossium commissuram procedit.

c *diss. musc. 26. 5. ad. an. 7.*

Obliquè *d* ascendentes seu interni, quod fibris suis obliquis sursum spectet, & illos in speciem X litteræ *e* Græcæ suis fibris intersecent, ab Ilij *f* ossis appendice carnosi, & à membrana prædicta & sacro osse membranosi orti, carnosis fibris adaucti, quatuor *g* inferiorum costarũ cartilaginibus carnosi nectuntur, & in tendinem latum membranosum desinunt, qui rectis occurrens in tendines duos scinditur, quorum alter *h* supra, alter infra rectum musculũ ad rectorum robur, fertur: ita tamen vt ambo ad lineam albam rursus vniãtur. Hi quatuor *i* Venas & Arterias, à vena & arteria Muscula: Neruos, ab extremis Thoracis vertebris, recipiunt. Vsus proprius, illorum quidem est, superiorem & lateralem: horum verò, inferiorem lateralemq; abdominis partem obliquè comprimere.

d *subcontrarij obliqui 5. ad. an. 7.*

e *5. vs. part. 14.*

f *diss. musc. 26.*

g *5. ad. an. 6.*

h *diss. musc. 26. 5. ad. an. 7.*

i *diss. ven. 8.*

Pyramidales *k*, ab osse pubis externo carnosi orti, pyramidis instar iuncti, capita Rectorum conscendentes, suo tendine in lineam albam, sed longitudine impares, desinunt: quorum vsus *l* recto-

k *Massa primus meminit: Syluio succenturiati: aliis Fallopiani: superius rectorum musculorũ principium, Vesal. carnosum rectorum principium, Col. qui musculos esse distinctos negat.*

l *Fallopius vult hos vesicam, dum leuiter*

rum capitibus robur addere. Si verò absint, tunc vel caro Rectorum capitibus iuncta, vel adeps, eorum locum subit.

Recti à fibris rectis denominati, à pubis osse anteriore & superiore parte *m* neruosi orti, mox carnosi redditi, Ventrem conscendentes circa Vmbilicum *n* quasi vniri videntur, & Cartilaginis ensiformis lateribus, fine carnoso satisque amplo *o* adnascuntur. Quorũ vsus proprius, Abdominis eminẽtiorem partem ad spinam comprimere: deinde Thoracem detrahendo, expirationi violentæ inseruire: cuius nomine *p* tres, rariùs quatuor intersectiones neruosas & trãsuersas acceperunt, partim ad eorum robur, partim vt rectius Obliquorũ ascendentium tendinibus, quo simùl omnes agendo conueniant, connectantur. Venas habent, nutritionis gratia, quas Recurrentes vocamus, & Arterias ab Epigastrica, quæ sub his sursum delatæ circa vmbilicum, cum Mammariis internis, quæ sub pectoris osse descendunt, per anastomoses seu *q* extremis iunguntur, quò Vteri cum Mammis, & Addominis cum *r* Naribus consensus fit. Nerui aliquando quatuor, maximè circa medium ab extremis Thoracis vertebris prodeũtes, conspiciuntur.

Transuersi *s* à costarum notharum interioribus finibus, & membrana prædicta, neruosi orti, carnosiq; redditi, & ilij ossibus

mingimus leuiter cõprimere: quod Gal. de diss. musc. 26. inferiori parti Rectorum tribuit.

m *Vesalio duplex principium superius & inferius. Columbo utplurimum duo, neruosum alterum, alterum carnosum, quandoq; vnum solum carneum.*

n *5. ad. an. 6. & 7.*

o *Gal. hinc eos oriri voluit, 5. ad. anat. 6. 5. vs part. 14. 6. meth. 4. 5. loc. affect. 6. diss. musc. 26. quem secuti sunt, Mundinus, de Zerbis, Carpus, Curtius, Vvillichius, &c.*

p *Columb. tres, Ves. quatuor aliquando.*

q *de diss. ven. 8.*

r *hinc Cucurbitularum affixio in hæmorrhagia nariũ ab Hipp. & Gal. de curat. per sang. miss. commendata.*

s *transuersales 5. loc. aff. 6. diss. musc. 26.*

ossibus adnati, tendine *t* lato membraneo, ad pubis os, cartilaginem ensiformem, & lineam albam peritonæo contumaciter adhærentes, progrediuntur: quorum vsus proprius, Colon intestinũ comprimere. Vasa habent, vt & Obliqui. Horum, vt & obliquorum tendines, propè pubis os ad Vasorum seminariũ descensum & ascensum perforantur.

Omnium autem Musculorum abdominis vsus, vt dum quiescunt, partibus subiectis *u* propugnaculo sint: vbi verò vnà collecti *x* versus sua principia contrahuntur, & intrò, cum subiecta mollia sint, curuantur, à Diaphragmate adiuti, abdomen ad expulsionem, tàm fœcum quàm fœtus, æqualiter comprimunt, & hypochondria constringendo, Thoracis motus adiuuant.

PERITONÆVM. *a*

Peritonæum, *b* quod partibus infimi Ventris, quę inter septum transuersum, & crura habentur, *c* circumtendatur, seu Ziphach: membrana est ex filamentis spermaticis, & sanguine *d* materno enata, quę ad Lumborum vertebram primam & tertiam, vnde nisi dirupta, separari nequit, prodit.

Substantiâ membranosa molli, quo laxari distendiq; possit: tenui, *e* ne sit oneri; aranearum *f* telis simillima, vt viscera flatibus *g* distenta reprimat, fibris spermaticis intertexta: intrinsecus tamẽ,

t *6.ad.an.5.diss. musc.26.*

u *5.vs.part.15.*
x *5.vs.part.14. & 15. 6.ad.an.14.*

a *Huius historia habetur apud Gal.4. vs.part. 9. & 10. & ipsa administratio, 6 ad.anat.4. & 5.*
b *περιτόναιον, Hipp. 7.epid. περιτόναιον, Gal.6.ad.an.4.*
c *περιτόναιον, ἀπὸ τοῦ περιτείνεσθαι. 4. vs.part,9.*
d *quare ex simplicium corporũ numero quæ similaria dicuntur, 6.ad anat.4.*
e *Ar.3.part.11.*
f *5.ad. anat.6. & 6. ad.anat.4. & 7. item 6.meth.4.*
g *4.vs.part.9.*

ob viſcerum læuitatem, læuis ac veluti humore oblita, extrinſecus fibroſa, vt Muſculis aptiùs hæreat, toti ventri, aliis tamen partibus *h* craſſius, vt ad pubem, aliis tenuius circumtenditur, quo minus (hæc enim præcipua vtilitas) inter muſculorum *i* ſpatia media, aliquando inteſtinorum tenuium nonnulla intercidant, ſicque dolorem excitent, ipſorum motum impediant & ſuperfluorum depulſionem difficiliorem cauſſent. Dein partes contentas ſeu viſcera *k* tegat, & omnibus tunicam *l* largiatur, & ligamenta varia producat.

h 6.ad.anat.4. & 5. tenuius lieni & iecori obtenditur.
i 4.vſ.part.9.
k hæc prima vtilitas 4.vſ.par.9.
l 4.vſ. part. 17. hæc quinta vtilitas l. c. & 6.ad an.4.

Eſt autem vbique *m* duplex, cuius inferior & exterior tunica, Venæ cauæ, Arteriæ magnę, & Renibus ſubſternitur: altera ſuperior ſeu interior, hæc cõtegens, vt vaſa vndiq; tecta, ſuos ramos inter geminas tunicas tutiſſimè mittant.

m 6.ad. an.4. etiam innuitur, maximè cap.5.

Foraminibus ad vaſorum tranſmiſſionem donatur, verum orificio proximè vaſis circumnato: primo, ad Venę cauæ: altero, ad Stomachi: tertio, ad Arteriæ magnę, & Nerui ſexti paris per Diaphragma tranſitum. Dein vaſa Vmbilicalia peritonæum duplicatũ permeant: quare & anterius in medio ventre vbi Vmbilicus eſt, in fœtu, perforatur. Tum productiones *n* binas in virili corpore, quo vaſa ſeminaria deſcendant & recurrant, tunica exterior quæ renibus ſubiecta, conſtituit, cui tunica interior exactiſſimè adhæret,

n 14.vſ.part.13. meatus velut fiſtula quædam 6.ad.anat.13.1. de ſem.15. veteres Didymos vocarunt.

hæret, qua dirupta, & externa dilatata, vel Inteſtinũ, vel Omentum, vel vtrumque ſimul illabitur, & Hernia fit. Tandem vaſis muſculos tàm Cruris, quâm Abdominis petentibus, iter præbet. Ipſum verò Peritonæum, vaſa à vaſis vicinis, phrenicis, muſculis mammariis & epigaſtricis, aliquando etiam â Vena *a* ſeminali, pro nutritione, recipit. *a de diſſect. ven. 8.*

PARTES IN INFERIORE VENTRE CONTENTÆ.

Contentę partes in Inferiorę Ventre, ſunt hominis vel in vtero, vel extra vterum exiſtentis. In Vtero, Vaſa vmbilicalia, Vena vmbilicalis, & Arteriæ duæ vmbilicales: Membranæ, Secundina nimirum & Amnios, de quibus in Fœtus hiſtoria. Extra Vterum, vel ad Nutritionem, vel ad Generis propagationem faciunt. Ad Nutritionem facientes: aliæ ſunt Chyloſeos, aliæ Hæmatoſeos, Chyloſeos, aliæ chylum conficiunt, Ventriculus: aliæ adiuuant, Omentum, Pancreas: aliæ chylum diſtribuunt & perficiunt, Inteſtina tenuia: aliæ chyli excrementa craſſa recipiunt & educũt, Inteſtina craſſa, quæ cum tenuibus Meſenterio connectuntur.

Hæmatoſæos, aliæ chylum ex inteſtinis exſuctum alterant, ſanguinisq; rudimentũ tribuunt, Venæ meſaraicæ, quæ eundẽ in Hepar ad Venæ portæ radices, in quibus ſanguis conficitur deferunt:

aliæ confectum distribuunt, Vena caua cum suis ramis: Venæ enim sanguinis generandi, simul & in omnes partes ferendi (vt verbis Galeni *a* vtar) factę sunt: aliæ adiuuant, Hepatis parenchyma, radicibus Portæ & Cauæ circumfusum venis vim sanguificandi tribuens: aliæ eius excrementa recipiunt, & quidem vel bilem flauam, eamq́ue vel tenuiorem, Vesica bilaria: vel crassiorem, Porus bilarius, qui rectâ ab hepate ad intestinum abit. Vel humorem fæculentum, Lien, qui ex chylo in mesaraicis iam alterato, & sanguinis rudimentum adepto, antequam per portæ truncum in hepar feratur, ad se allicit, concoquit, & laudabiliorem partem in sui nutritionem conuertit: excremẽtitium verò, sursum ad Ventriculum per vas breue, amãdat. Vel sanguinem serosum, Renes duo, in quibus segregatio fit seri à sanguinis portione, quæ in renibus pro eorum nutritione remanet: serum verò, per Vreteres in Vesicam defertur, & vrina per Penem redditur.

a 1. vsu part. 16.

Ad Generis propagationem facientes, sunt viriles & muliebres. Viriles, aliæ materiam seminis deferunt, eamq́ue præparant, Vasa spermatica: aliæ elaborant, Corpus varicosum: aliæ vim prolificam tribuunt, Testes: aliæ semen deferunt, Vasa deferentia: aliæ semen & humorem oleaginosum recipiunt, Prostra-

tæ &

tæ & Veſiculę ſeminariæ: alię in Vterum effundunt, Penis. De Muliebribus poſteriori loco.

Ad has partes omnes *b* organa communia mittuntur: Venæ, à vena portę & caua, quæ nutrimentum: Arteriæ, ab Arteriæ magnæ trunco deſcendente, ad vitam & calorem natiuum conſeruãdum. Nerui, à ſexto pari medullæ Cerebri, & à medulla lumborum & oſſis ſacri, vt ſenſum motumq; communicent.

b *Organa ſeu inſtrumenta communia appellat Galenus, Venas, arterias & neruos. 1. de ſemine 5. & & 1. meth. 6.*

VASA *a* VMBILICALIA.

VMbilicus ſegmẽtum eſt Vaſorum vmbilicalium, per quę fœtus in vtero *b* alebatur, corporis noſtri *c* medium, vel ipſius ventris *d* radix. Sunt autem hæc vaſa duplicia, Vena vna, Arteriæ duæ.

Vena vmbilicalis, venarum omnium ratione carnoſæ ſubſtantiæ, prima, vnâ cum Arteriis ex ſemine, ante ipſa *e* viſcera efformata, venæ portæ radix eſt, quæ ex Hepatis fiſſura prodiens, vmbilico egreſſa, aliquãdo *f* gemina, aliquando ſtatim ab vmbilico diuiſa, vt duplex appareat, cum arteriis membrana Inteſtinulo dicta obuoluta, vlnarum aliquot longitudine: vena quidem varicoſa vel nodis referta (ex quorum numero *g* obſtetrices liberorum generandorum numerum colligunt) ad alimenti elaborationem: Arteriæ verò ab iliacis elatæ cum

a *de his Gal. lib. de forma. fœt. 2. & 4. item 1. de ſemine & de diſſ. ven. & art. 9. de diſſect. vteri 10. & 15. vſ. part. 4. & 5. Ar. 2. gen. an. 4.*
b *Hipp. lib. de alim. Ar. 2. gen. an. 4.*
c *15. vſ. par. 4.*
d *1. hiſt. 13.*
e *Vaſa ante viſcera efformari docuit Hippocr. de carn. Gal. de form. fœt. 2. 3. 4. & 1. de ſem. 13.*
f *15. vſ. part. 4.*
g *Albumaſar 1. Introductorij.*

spiritum vitalem pro vita deferant, rectæ producuntur. Hæc ad secundinam *h* delata, ramos insignes per eam dispergunt, minores ad exteriorem partem, ad Hepar vterinum *i* seu placentam transeuntes, plexum reticularem efformant, donec in tenuissima capillamenta abeant, *k* sanguinem cum spiritu inde tanquam per Radices, vt in plantis fit (cum à venis maternis sanguis eò deferatur) elicientia. Hæc fœtu excluso, intrò tamen prius sanguine pro fætus alimento, represso, *l* abscinduntur, & inuoluta vmbilicum constituunt: ne autem eorum portiones in corpore relictæ inutiles sint, in ligamenta, Vena quidem *m* in Ligamentum Hepatis, Arteriæ in Ligamenta lateralia Vesicæ abeunt, quæ in Hydropicis dehiscere quandoq; volunt, ita vt per vmbilicum serum ex hepate effundatur.

n Vrachus verò, in brutis vnâ cum vena inter arterias binas à fundo vesicæ enatus, per Vmbilicum egressus longiùs, in duo quasi intestina, vesicarum instar, expanditur, Allantoidem tunicam, quæ brutorum est, in qua Vrina colligitur, constituens. In homine verò à vesicæ fundo funiculus Vrachi effigie, sed nullo modo peruius, exoritur, qui inter arterias duas abiens, in filamentum tenuissimum, quod peritonæo non excidit, desinit, quo Vesica peritonæo adnectatur & sustineatur (quod ab Arteriis maximè

h *Secundina Gal. 15. vs. part. 5. Arist secundæ. 2. gen. an. 4.*

i *Hipp. & veteres cum chorio, id est secundina commiscuerunt.*

k *2. gen. an. 4.*

l *prudentiâ in ligando vmbilico opus, Arist. 7. hist. 11.*

m *6. vs. par. 21.*

n *15. vs. part. 5. agitur de Vracho. Vrachum agnoscunt in homine & brutis Vesal. Columb. Fallop. Plat. Archangel. Paræus. Laur. Pinæus, &c. In homine non agnoscũt, Varolus, Arantius & Bauhinus.*

maximè fit) ne cum Vrina *o* distenta est, eius ceruicem comprimat. At fætum humanum vrinam per pudendum excernere credimus, quod humor in Amnio contentus, quem aquas vocát, comprobat: ita tamē vt eius non parua copia etiam in vesica retineatur, siquidem infantem primis diebus, ferè perpetuò mingere videamus.

OMENTVM. *a*

OMentum *b* siue ἐπίπλοον *c* seu Zirbus, quod intestinis (quæ aliquando tota, *d* ad pubem *e* descendens, integit, eorumq; anfractus ingreditur) velut innatet, quo omnia *f* sanguinea donantur, ita tamen vt homo *g* & simia maximum habeant. Membranis duabus *h* subtilibus & leuibus, ne pondere Intestina grauētur, sibi ipsis incumbentibus, à Peritonæo *i* ad dorsum & ventriculi fundum enatis constat: superiore quidem, quę ventriculi exteriori membranæ ad fundum: inferiore, quæ *k* ad dextrā colo, & à sinistris lieni semper alligatur, rarius verò iocinoris fibræ adnascitur. Ambæ autem iunctæ Marsupij aucuparij formam cōstituunt, vt per eas *l* Venæ plures, à vena Portæ, vt nutriatur: Arteriæ à cæliaco & mesenterico ramo, vt viuat: Nerui exigui à Costali, vt sentiat, disseminantur.

Adeps *m* multus circumfunditur, quo vētriculi & intestinorum calorem tuea-

o *Varolus voluit. vrinam in fœtus vesica retineri vsque ad tēpus partus. Arantius per penem etiam in fœtu excerni inter secundinam & Amnion: Cæteri Anatomici per Vrachū inter Amnion & Allantoidem tunicam colligi volunt.*

a *De origine, substantia, vsu, & connexione. Gal. 4. vs. par. 9. & 11. 6. ad. an. 5. sic Arist. de ortu & officio 4. par. an. 3. 1. hist. 16. 3. eiusd 14.*

b *Hipp. 5. Epid.* δίπλοον.

c *Hipp. 1. de morb. 5. aph. 46. Gal. 6. ad. anat. 5. ab* ἐπιπλέω *innato 4. vs. par. 11. 6. adm. anat. 5.*

d *4. vs. part. 9. Ar. 4. part. 3.*

e *6. adm. anat. 5.*

f *Arist. 4. part. 3. 3. hist. 14.*

g *6. adm. anat. 5.*

h *4. vs. part. 9.*

i *4. vs. part. 11.*

k *6. adm. anat. 5.*

l *4. vs. part. 9.*

m *Arist. 1. hist. 16. pinguis mēbrana. 4. part. 3. mēbrana aut seuosa, aut adiposa.*

tur ac *n* foueat, dum ſua denſitate caloris diſſipationem, & frigoris exterioris penetrationem prohibet, ſicq́; *o* concoctionem, quemadmodum puluinar ventriculo impoſitum, adiuuat: verum & in alimenti *p* penuria, ad tempus inſitum calorem alendo, ſuſtinet. Sicut enim pinguedo, vaporis oleoſi forma è venis exſudat: ita in magnis inediis, à venis iterũ attracta, ſanguinis aliquam formam adipiſcitur.

Membranarum verò vſus, Venæ portæ & Arteriæ cæliacæ ramos, in ventriculum, lienem, duodenum, & colon exporrectos, fulcire: dein, vt vapores lenti, ſanguinei, in imo ventre his adhæreſcãt, quo ipſarum denſitate, & frigiditate in pinguedinem condenſentur.

VENA *a* PORTAE.

VEna portæ *b* quod per eam velut portam *c* chylus ad Hepar deferatur, Anatomicis ex Hepatis ſima & *d* caua parte, inter duas paruas Hepatis eminentias, Hippocrati *e* portas nũcupatas, oritur: nobis verò, venę Vmbilicalis eſt *f* propago, quæ ex illa concauitate progreditur: diuiditur in Truncum & Ramos.

Ex Trunco prodeunt rami duo:

1. Cyſticæ gemellæ, quæ ad veſicam biliariam feruntur.

2. Ga-

n 4. vſ. part. 9. & 11.

o 4. uſ. par. 9. 5. loc. affect. Ariſt. 4. par. 3. omentum mediocrem coctionem facit.

p 4. vſ. part. 11.

a Gal. 4. vſ. par. 20. & 5. eiuſd. 1. μεγάλη *magna, vel* μεγάλη φλὲψ ὡδὶ πύλας *magna vena quæ ad portas eſt diſſ. ven. 1. Diſtributionẽ huius explicauit Galen. de diſſect. ven. 1. ſeptem præcipuos ramos conſtituẽs, & qui per inteſtina diſſeminentur proportione arborum Radicibus: cauam verò vel iecorariã, Trunco reſpondere.*

b 4. vſ. par. 2. Vir quidam antiquus naturæ peritus Portas nominauit, à quo ſemper id nomen manſit, à quo & Hipp. & vniuerſa Aſclepiadarum familia, laudantes ſapientiam primi illius, qui ciuili adminiſtrationi eã quæ animali ineſt, aſſimilarit, nomen ſumpſere: 6. ad. anat. 10. πιλεχιαία.

c 6. plac. 3. πύλαι ἥπατος.

d diſſ. ven. 1. de principio radicationis & diſpenſationis intelligas.

e de corp. reſect. *f Obiicitur nobis minora non poſſe eſſe maiorum*

2. Gastrica dextra, quæ ad ventriculi partem posteriorem & pylorum abit.

Rami alij superiores, alij inferiores. Superiores (quos venę portæ vocant radices) per cauam Hepatis partem disseminati, truncum constituunt, cuius rami seu radices, in medias venæ cauæ radices in hepate coeunt.

Inferior alius dexter, sinister alius. A dextro, rami tres.

1. Gastroepiplois dextra, quæ à dextris ventriculi fundum & omenti superiorem membranam, adit.

2. Intestinalis, quæ ad duodeni medium & ieiuni principium fertur.

3. Mesenterica, à qua venæ tres: Mesenterica dextra duplex, quæ in *g* ieiunum, ileon, cæcum & coli partem abit, in plures ramos (velut radicum arboris cuiusdam extremitates) diuisa, Venas Meseraicas constituit, quæ inter Mesenterij tunicas duas feruntur: & ab Intestinis, ad quorum Tunicam *h* ἀναστομοῦνται, seu osculis hiant (vnde in Ieiuno, & Ileo frequẽtiores) chylum quasi radices exugunt, vt postquam ei *i* sanguinis principium tribuerunt, ad Hepar deferãt, non vt in eius substantiam effundant, vt ibi in sanguinem conuertatur, sed in Venæ Portæ radicibus, in ipso tamen Hepate, reseruatur & elaboratur, quibus ab Hepate *k* sanguificandi vis tribuitur: quo elaborato, è radicibus Portæ in Hepatis

principia: at quis fluuiorum maximorum ortus: quòd totius corporis nostri principium: quod item maximarum arborum.

g *Arist. de Spir.* 4. *Ad intestina & vẽtrem Venæ & arteriæ committuntur, quas par est alimentum attrahere, è venis in carnes mox distribuendum.*

h 4. *vs. part.* 17.

i 4. *vs. par.* 2. & 12. *inquit. Quapropter & Venis quæ ad Ventriculum & vniuersa intestina pertinẽt, inest facultas quædã sanguinis effectrix, qua succum qui ex cibis distribuitur, Venis in sanguinem mutare naturale est, priusquam is ad Hepar perueniat. Idem 2 de plac.* 8. *vide &* 3. *Temper.* 2. 4. *sanit. tuend. vlt. de diff. morb.* 7. 6. *epid.* 5. *com.* 1.

k 1. *usu part.* 16. *sanguinis autem generandi simul & in omnes partes ferendi gratia venæ factæ sunt: Venæ autem ab Hepate virtutem naturalem accipiunt &* 2. *fac. nat.* 9.

ſubſtantiam, portio ad eius nutrimẽtum excidit, reliquum in Venæ cauæ radices ex Portæ radicibus expellitur, quæ eundem etiam attrahunt & in partes omnes corporis *l* diſtribuũt. Quod ſi ſanguinis portio *m* aliqua inconcocta ſit, in Ramis elaboratur, ne dum per eos fertur, tempus ipſi alimento fruſtrà pereat. Verum Meſaraicæ Venæ eædem, etiam ſanguinem ab Hepate ad Inteſtinorum nutritionem deferunt, nec Valuulis diſtinguuntur, aliàs ſanguis ad hæc deferri non poſſet, cum eodem tempore vtriuſque permixtione fiat, vbi pro diuerſa partium *n* trahentium natura, Hepatis venæ, chylum: Inteſtina ſanguinem rapiunt *o*.

Meſenterica ſiniſtra, in Meſenterij ſiniſtram & mediam partem diſſeminatur: ab hac Hæmorrhoidalis interna (externa enim à Venæ cauæ ramo Hypogaſtrico prodit) ſecundum Coli finem, ſub inteſtino recto deſcendit, eius finem cingendo, per quam Hęmorrhoides fluunt. Aliquando Hęmorrhoidalis à Splenico ramo originem ducit.

A ſiniſtro qui elatior & Splenicus dicitur, aliȩ ante, aliȩ poſt diuiſionem prodeunt. Ante diuiſionem, rami quinque.

1. Gaſtrica minor & ſiniſtra, ad ventriculi partem poſteriorem.

2. Gaſtrica maior, ſub ventriculo ad orificium ſiniſtrum, (ſuperius dictum) fertur,

l 4. *vſ. part. 17.*

m 4. *vſ. par. 17. inquit. Quemadmodum igitur venis facultatem ſanguinis gen̄eratricem indidit, ne, dũ per eas fertur, tempus ipſi alimento fruſtra pereat: ad eundem modum inteſtinu, &c.*

n 4 *vſ. par. 19. & 3. fac. natur. 13.*

o *Exemplum ex paleis & ferro, pollinem tenuiſs cõfice, ſimulq; miſce: applica ſuccinum & magnetem, illud pallearum ramẽta, hic ferri limaturam, tametſi mixta ſint, attrahet, ob diuerſas naturas & diuerſa trahendi deſideria.*

fertur, ramis tribus de ſe miſſis inter quos medius Vena Coronaria ſtomachica, ipſius orificium ſiniſtrum cingit: à quo etiam ſurculi ad pylorum mittũtur.

3. Epiplois dextra, quod à dextris ad omenti membranam inferiorem, & ad Colon inteſtinum, abeat.

4. Epiplois poſtica, quod poſterius ad Omẽti membranam, & Coli partem, ramo dextro & ſiniſtro mittatur.

5. Pancreæ venæ, ad Pancreas pilorum *p* inſtar graciles mittuntur.

Poſt diuiſionem à ramo ſuperiore, iuxta lienis partem ſuperiorem Vena in aliis maior, aliis minor (& illi difficilius, hi facilius inediam ferunt) prodit, Vas *q* breue putà, in fundi ventriculi partem ſiniſtram inſeritur, vt ſanguinem melancholicum in os ventriculi eructet, quo *r* id adſtrictione ſuâ corroboret, & ventriculi actionem, ipſam cõcoctionem, promoueat.

A ramo inferiore duæ prodeunt.

1. Epiplois ſiniſtra, ad ſiniſtram omenti partem.

2. Gaſtro epiplois ſiniſtra, cum dextra iuncta, Ventriculi fundũ *s* cingit: reliquum vtriuſq; rami numeroſa ſobole *t* in Lienis mediam lineam diſtribuitur.

ARTERIA COELIACA ET *Meſenterica vtraque.*

ARteria magna è ſiniſtro cordis ventriculo, tanquam à principio

p *de diß. ven. 1.*

q *5. vſ. part. 4. 6. ad. anat. 10. diß. ven. 1.*

r *5. vſ. part. 4.*

s *4. vſ. par. 2. Partibus (inquit) diuinæ quædam virtutes à Conditore inditæ, venis quidem non ſolùm deducere nutrimentum ex ventriculo, ſed attrahere ſimul et hepati præparare, modo quo ipſum ſimillimo: quippe quæ naturæ ipſi ſint adſimiles & primum germen ex illo ducant.*

t *de diſſ. ven. 1.*

a diſpenſationis & radicationis egreſſa & bipartita, truncum maiorem ad ſpinam deorſum per diaphragmatis fiſſuram mittit: à quo per ventrem infimum rami diſſeminantur, alij qui Venæ portæ ramos, alij qui Venæ cauæ comitantur. Qui portę *b* ramis attendũtur ſunt Cœliaca, Meſenterica ſuperior & inferior.

a *Gal. de form. fœt. 4. principium arteriarum duplex, aliud generationis ſeu originis, ipſum ſemen: aliud diſpenſationis, Cor: addere poſſumus ex Hipp. principium radicationis, etiam cor eſſe.*

b *diſtributionem huius habes lib. diſſ. ven. & arte. 5. 6. ad anat. 6. & cur venam comitetur 5. vſ. part. 2.*

Cœliaca, arteria inſignis eſt ex trunci anteriore parte, cum cõiuge careat, prodiens, quæ in ramum dextrum graciliorem & ſiniſtrum ampliorem diuiditur. Dexter plures ſpargit ramos: ab elatiore parte tres, quarum

I. Gaſtrica dextra, quę ad ventriculi orificium dextrum ſoboles ſpargit.

II. Cyſticæ gemellæ, ad bilis Veſiculam mittuntur.

Ab humiliore parte prodit,

I. Epiplois dextra, ad inferius omentum & colon fertur.

II. Inteſtinalis, ad inteſtinorum initium ſpargitur.

III. Gaſtroepiplois dextra, ad ventriculi fundi dextram ſedem ad eius medium ramulos ſpargit. Reliquum rami dextri, in Hepatis cauum terminatur.

Siniſter ramus ſeu Arteria ſplenica ad Lienem abiens, dextro inſignior eſt, ne facilè obſtruatur & per Pancreas ductu obliquo, quo craſſiorem ſpirituoſi ſanguinis materiam in Lienem euomat, fertur: hic venę Splenicæ attenſus, cum ipſa

ſoboles diſtribuit. Ab hoc ante diuiſionem parte ſuperiore prodeunt,

I. Gaſtrica maior, ventriculo poſterius ſoboles tribuens, ſobolem ad orificium ſiniſtrum, mittit, & coronæ inſtar cingit.

II. Gaſtrica ſiniſtra, illius ſoboles pylorum petit.

Ab inferiore parte,

I. Epiplois poſtica, quę mox in duas diſtracta, in omẽtum & colon ſpargitur.

II. Epiplois ſiniſtra, inferius omentum accedit: rami huius reliquum, in varios ramos diuiſum, per Lienis ſubſtantiam diſpergitur: vnde prodit,

I. Gaſtro epiplois ſiniſtra, quæ ſiniſtræ fundi ventriculi parti & omento ſuperiori, geniculatim ſurculos largitur.

II. Vas breue arterioſum, ex eius ſuperiore parte, in fundi ventriculi ſiniſtrũ latus ſuperius inſeritur,

Meſenterica verò duplex eſt, & ab anteriore quoq; ſede prodit. Superior, in meſenterij partem ſuperiorẽ, ieiunum, ileon & coli partem ad renem dextrum, numeroſis propaginibus ſpargitur.

Meſenterica inferior, quæ ſub Spermatica eſt, ad meſenterij humiliorem ſedem, colon, qua id à lienis regione ad rectum pertinet, ac dein in rectum diſtribuitur, & cum venis ad extremum podicem deſcendens Hæmorrhoidales conſtituit.

INTESTINA. *a*

INteſtina (*b* quod in corporis intima ſint ſede) corpora ſunt concaua, oblonga, teretia, conuerſionibus orbiculatis (ne alimentum ocyus *c* elabatur, non abſolutâ chyli diſtributione, & ſubitò alium *d* aſſumere cogat, donata, cum ventriculi orificio dextro Pyloro dicto, ſubſtantiâ tamen tenuiore, continuantur.

Et licet ab ore ad *e* anum vſque, vnus ſolùm ſit ductus, tamen magnitudine & anfractuum numero variant: quare ratione ſubſtantiæ, Inteſtina duo conſtituuntur, Gracile ſiue tenue, & Craſſum: ratione verò figuræ, magnitudinis, ſitus, & inſertionis venarum meſaraicarum, ſex *f* dicuntur, quæ in Gracilia *g* tria, ſitu, longitudine & meſaraicis diſtincta: & Craſſa *h* tria, ſitu, figurâ, & magnitudine differentia, diuiduntur.

Gracilium primum ſeu exortus, *i* ἔκφυσις, & Duodenum *k* à duodecim digitorum longitudine dicitur, quod à dextris *l* à Pyloro prodiens ſpinam verſus, ligamẽtis quibuſdam membraneis connexus, deſcendit & ad anfractuum principium finit: omnium arctiſſimum, ne Chylus impetu excidat, reliquis duobus craſſius, quod Venam *m* breuem, at non Meſaraicas, recipit, cui Pácreas ſubiacet.

Secundum *n* Ieiunum, quod ſemper vacuum ſit, propter Meſaraicas *o* plures,

a *Inteſtinorũ ſtructura apud Gal. 4. vſ. p. 17. & 18. 5. vſ. part. 3. Ordo verò 6. ad. an. 9. tunicæ 6. ad. an. 7. & 4. vſ. par. 8. vide & Iſagogen 11. De iis & Ar. 3. par. an. 14. & q̃uo ratione inteſtinorũ animalia inter ſe differant 2. hiſt. 17.*

b ἔντερα, παρὰ τὸ ἐντὸς εἶναι.

c *4. vſ. par. 17.*

d *Ar. 3. par. an. 14. Gal. 4. vſ. par. 17.*

e *Ariſt. 2. hiſt. 17.*

f *6. adm. anat. 9.*

g μικρὰ ἔντερα *diſſ. ven. 1. &* λεπτά: *Plauto, Lactes.*

h *Hippoc. de gland.* τὰ κῶλα *vocat & 6. epid. ſect. 4. aphor. 6. Ariſt. pinguia.*

i *5. vſ. par. 3. 6. ad. an. 9. & 12. at 2 acut. tex. 31.* γαστρὸς ἔκφυσις: *2. temp. 6.* ἔκφυσις εἰς τὰ ἔντερα.

k δωδεκαδάκτυλον *Herophilo 6. ad. an. 9. diſſ. ven. 1.*

l *5. vſ. part. 3.*

m *de diſſ. ven. 1.*

n νῆστις *Hipp. de carnib. Ar. 3. par 4. Introduc. 8. 4. vſ. par. 17. 5. eiuſd. 3.*

o *5. vſ. p. 3. 6. ad. an. 9*

res, chylum attrahẽtes, quæ prope in intestini tunicam osculis hiant: & plures sunt, vt si quid alimenti *p* in transitu primam circumuolutionem effugiat, alteram contingat: si hanc quoque tertiam, vel quartam, vel aliquam sequentium, & sic tandem alimentum ipsis venarum osculis, quæ plurimùm alimenti assumũt, occurrere cogat. Oritur à dextris, vbi intestina conuolui incipiunt, coloris liuidi, supra Vmbilicum pluribus *q* orbibus situm, in Ileon finit: in cuius principium *r* Porus bilarius, bilem ab Hepate deferens, ad fæcum exclusionem excitandam, inseritur.

p 4.vs.part.17.

q 6.ad.an.9.

r 5.vs.part.3.& 4.in exortum paulo supra ieiunum inseri dicit.

Tertium seu *s* tenuius, Ileon & Voluulus, ob plures circumuolutiones, ad cibi longiorẽ moram, Intestinorum longissimum, subter vmbilicum ad Ilia positum à ieiuno oritur, vbi intestinum rubere incipit, & pauciores *t* mesaraicæ inseruntur, & vbi appendix propendet, finit. Et cum intestinorum hoc solum in scrotum delabi possit, solum etiam Herniam intestinalem caussare potest.

s λεπτὸν tenue & εἰλεὸν ἀπὸ τοῦ εἰλεῖσθαι circumuoluendo 6.ad.an.9.5.vs.par.3.diss.ven.1.

t 6.ad.anat.9.

Hæc tria sunt Instrumẽta distributionis *u* alimenti, quibus facultas concoctrix inest, vt si fortè chyli *x* portio minùs elaborata, vẽtriculo exciderit, ab iis cõcoquatur: verũ & alimenta propellũt.

u 4.vs.par.8.17.& 18.

x 4.vs.part.18.

Crassorum primum est Cæcum, *y* ab obscuro vsu nomen habens: est autem appendix tenuis, oblongo vermi similis,

y τυφλὸν 6.ad.an.9.5.us.par.3.diss.ven.1.alius monoculus.

ex Ilei fine & Coli principio ortum ducens, quæ reni z dextro, mediante Peritonæo, à Mesenterio maximè libera, adnectitur. Vsum dixit a Galenus (intelligens per Cæcum id quod à tenuium Intestinorum fine ad Coli principium vergit) vt si quid alimēti benigni, in Chyli distributione venas Mesaraicas prēterlapsum sit, id totū in hoc colligatur, quo à Mesaraicis, in hoc exporrectis, exugatur, Et licet in adultis intestini Cæci nullus sit vsus, attamen dum fœtus in Vtero est, excrementa excipit.

z 4. vsu part. 18.

a alimento recipiendo accommodatum dicitur, in introd. 11.

Secundum quod intestinum laxiùs b est, dicitur Colon à torquendo c, propter dolorem colicum, qui in eo fit: oritur à Cæco ad Renem dextrum, cui adhæret, sub Hepate reflectitur, (vbi aliquando Vesicæ bilariæ, à qua colorem luteum contrahit, adnectitur) & conuolutum sub Vētriculi fundo progrediens, â sinistris Lieni tenuissimis Membranis nectitur, moxque in posteriora flectens, ad Renem sinistrū, cui alligatur, vbi angustius est, ne Lienem cōprimat, cellulis carens, descendit, & postquam duos gyros d fecit, in Rectum desinit. Hoc amplum est, quo flatuum, quos sæpius rugire audimus, in prima coctione tàm in Ventriculo quàm Intestinis genitorum, & portionis chyli inutilis ac fæculenti, quæ versus finē tenuium intestinorum remanserat, sit receptaculum, ne fæces assiduè

b Κῶλον 6. ad. anat. 5. vbi & crassum vocat & cap. 9. laxius intestinum. Arist. 3. part. anim. 14.

c alii ἀπὸ τοῦ κολάζεσθαι: alii à κωλύω, retardo, remoror, quod ob varias cellulas, in eo fæces (rarius sacculi) remorentur.

d Speciem arcus Scythici exhibet.

assidué excernere cogamur, sed multa copia contineantur & conuenienti tempore excernantur: quare, ne impetu elabantur, sursum primo fertur, dein deorsum vergẽs iterũ à sinistris propè finem ad superiora reflectitur: quare hoc loco colici cruciatus grauissimi sunt. Huius substãtia cæteris carnosior, pluribus extuberãtiis, seu cellulis donatur, vt si quid duriusculum, ad alendum idoneum, nec in Ventriculo, nec in tenuibus Intestinis satis concoctum ad Colon peruenerit, in eius cellulis diutius hęrens, concoquatur, quatenus Colon ab Hepatis & Vẽtriculi calore (hæc enim caussa ipsius situs) fouetur, & concoctum per venas mesaraicas, in venas Hepatis, pro sanguinis materia, deferatur: at gracilia cellulis carent, ne fæces in iis retineãtur & chyli distributionem impediant, neue locum maiorem occupent,

Ad huius principium Valuula anno 79. *e* à nobis inuenta (quam aliqui ex posterioribus Cæco adscribũt, in partes tres diuidẽtes: alij Ilei operculũ dicunt) membranosa & crassa apponitur, ne excrementa ex Gracilibus ad Crassa delata, in alui constipatione. vel ventris compressione, quæ per musculos abdominis in alui excretione fit, regurgitent. Hinc & ipsorum Clysmatum *f* materia, ad Tenuia naturaliter peruenire nequit. Quod cum amplum sit, Ligamẽtis duo-

e de qua in obseruat. nostris libro de partiu Cæsareo additis: & parte altera, libri nostri de partibus similaribus, & fusè in Theatro Anatomico.

f 5. meth. med. 11. superiorib. intestinis vlceratis, vtendum est medicamentis per os assumptis: quod enim per sedem inijcitur, ad ea quæ vicina sunt ventriculo subire nequit. Sic 13. meth. 17. quæ per sedem infusæ sunt, ea omnino ad ieiunum vsq; ascendere nequeunt: imò si admodũ nitaris, fortasse tenue tantum intestinum contingent.

bus, *g* quibus canes carent, vno sursum, altero deorsum donatur: quemadmodũ etiam per eius medium parte superna, ne cellulæ dissoluantur, vinculum medij digiti latitudine excurrit.

g 4. vs. part. 17.

Tertium Rectum *h* à recto ductu, vt aptiùs excrementa excludat, cuius origo, vbi intestina circumuolui desinunt, quod Virorum peni & Mulierum vteri ceruici, musculosæ substantiæ interuentu, connascitur, & in Anum *i* desinit.

h ἀρχὸν princeps Hippoc. Galeno diss. ven. 1. monente. 6. ad. an. 9. Arist. 3. part. 14. εὐθὺ rectum: at 2. hist. 17. εὐθὺ ἔντερον.

i ἀρχον Hippoc. 5. Epide.

Hæc tria reliquiis excrementitiis cibi colligendis (ne repentè & assiduè *k* egerere cogamur, sic enim vitam ab omni musa ac Philosophia alienã ageremus) & è corpore expellendis dicata sunt: quamuis etiam ipsum Colon valli instar Ieiunum & Ileon ad latera circumdet, quo ab iniuriis externis tuta sint.

k 4. vs. part. 18. ex Platone.

Hisce omnibus quatenus partes sunt Dissimilares, tunicæ tres cõmunes sunt (membranea enim esse debuere, quo sine molestia distendi possint) vna communis, quæ exterior à Mesenterij membranis à Peritonæo *l* enata, vndique intestina tutelæ gratiâ inuoluit: at Coli tunica exterior ab omenti inferiore membrana, qua in homine ventriculi fundo id annectit, prodit: duæ *m* propriȩ, vt facultas *n* ipsorum expultrix validior sit, & ad securitatem & patiendi difficultatem *o*, in multis morbis, potissimum in Dysenteria, quarum exterior membranosa,

l 4. vs. par. 17. 20. & 14. eiusd. 14.

m 6. adm. an. 7.

n 4. vs. par. 17.

o 14. vs. part. 14.

nosa, valida tamen, fibris carnosis perfusa, vt caloré augeat, ad Chyli portiones minus elaboratas, præterlabentes concoquendas, vtq; Musculorum instar Intestina contrahant, ad exigua quædam quæ abdominis compressione excludi non potuere, expellenda. Interior, quæ rugosa, quo chylum delabentem moderatè remoretur, quo à venis commodè absorberi possit; & carnosa est, quia crusta quædam membranæ speciem exhibens, ex concoctionis tertiæ excrementis ipsorum intestinorũ genita, eam succingit, ne ora Mesaraicarum in tunicam interiorem peruenientia, obstruantur (quæ excoriata in Dysenteriis excidit) neve tunica interior, ex perpetuo chyli transitu, quemadmodum & venarum ora, callosa reddantur.

Hæc extrinsecus pinguedine obducuntur, intrinsecùs verò, muco *p* (quem aliqui pinguedinem cœnosam vocant) obliniuntur, quo citiùs alui fæces præcipitentur.

p *Fictilium vasorum more obuitrari Rhasis dixit.*

Fibras omnis *q* generis habent, interior obliquas, vt retineat: media, *r* transuersas, vt expellat: quibus rectæ pauciores, ad *s* transuersarum tutelam additæ, vt iis veluti circulo colligentur, cum in recto, propter multa & dura excrementa illic congesta, complures sint.

q *non tantum transuersas ut opinatæ sunt. Fallop.*

r *4.vs.part.8.*

s *4.vs.part.17.sic 6. ad.an.7.pleræq; circulares sunt, paucæ rectæ superpositæ sunt.*

Vasa, per Mesenterij tunicas geminas delata, obtinent: Venas *t* mesaraicas à

t *Arist.de Spir.4.*

Vena Portæ, vt chylum ab Inteſtinis aſſumtum, iamque alteratum ad Hepar ferant: & ſanguinem, earum alimẽtum ab Hepate ad Inteſtina referant. Arterias, habent geminas à Cæliaco ramo & Meſenterico, hancque ſuperiorem & inferiorem, vt ſanguine vitali perfuſa, & arteriarum motu aſſiduo concuſſa, viuant, id eſt, à corruptione & putredine conſeruentur, vtq; modicum cibi *u* aſſumant. Neruos, ad ſenſum excretionis, à ſexti paris Neruorum, ramo coſtali, infinitos in ſurculos diſſeminatos, vnde ſenſum acutiſſimum habent. Inteſtinorum longitudo tanta *x*, vt communiter ſexies ſint longiora eo homine, cuius ſunt inteſtina.

a MESENTERIVM.

Meſenterium, *b* quod inſtar circuli *c* inter inteſtina medium *d* ſitum ſit, ex tunica *e* à Peritoneo enata, inteſtina colligante ac veſtiente ad primam & tertiam lumborum vertebram, oritur.

Membranas *f* duas habet *g* per quas venæ *h* meſaraicæ tenuiſſimæ & innumerabiles, à Vena Portæ prodeuntes, quas ſenſim in maiora *i* vaſa, & ea rurſus in alia maiora natura cogit, vſq; dum ad Hepatis ſimam in vnam Venam quæ ad eius Portas ſita eſt, abeant, diffuſæ.

Arterias duas, Meſentericam ſuperiorem & inferiorẽ, ad inteſtina miſſas, quæ Meſa-

u 4. vſ. part. 17.
x *Hipp. de hom. ſtructura tredecim cubitorum.*
a *μεσέντερον: Galenus hiſtoriam eius propoſuit 4. vſ. part. 20. Adminiſtrationem 6. ad. an. 5. 6. & 7. De hoc Ariſt. 1. hiſt. 17. 4. par. an. 4.*
b *Sic Ariſt. & Gal. nominarunt: at Gaza lactes reddidit. Hippoc. μεσόκωλον, de natura oſſ. μεσάραιον à ſubſtantia. 6. adm. anat. 6.*
c *Ariſt. 1. hiſt. 16. ſuper.*
d *6. ad. anat. 6.*
e *4. vſ. part. 20.*
f *Ariſt. 4. part. 4. membrana eſt: ſic 1. hiſt. 16. latiore membrana & pingueſcente.*
g *6. adm. anat. 6. 4. vſ. part. 20.*
h *Ariſt. 1. hiſt. 6. 2. part. 3. 4. part. 4. plena venarum multarum ac frequẽtium.*
i *4. vſ. part. 20. 6. ad. anat. 6.*

Meſaraicæ etiam dici poſſunt, quatenus per Meſenterium excurrunt, vt ſuo motu & ſpiritu vitali & Meſenterium & Inteſtina à corruptione tueâtur, quæ etiam omnes *i* in vnam eamq; magnam dorſo incumbentem iunguntur.

Neruos, *k* tum à ſexto neruorum pari, tum à neruis è lumborum vertebris prodeuntibus, ſenſus cauſſa, vt moleſta ſentiens, expultrice excitatâ, ea in inteſtina deponat.

k *6.ad. anat. 6. exiguus admodum 5. vſ. part.2.*

Glandulæ plures. ad vaſorum compreſſionem impediendam, ramorum ſectionibus inſtar *l* fulcimenti interiectæ; quibus copioſus adeps (ita vt *m* Omenti ſubſtantiæ ſit perſimile) circumfunditur, partim vt media ſpatia impleat, partim verò illarum partium calorẽ foueat: quæ venulas *n* capillorum modo pretenues, à venis interiacentib. mutuantur.

l *4.vſ.par.20.*

m *6.adm.anat.6.*

n *diſſ.ven.1.6.adm. an.7.*

Hoc & ratione inteſtinorum, quæ cõnectit, & ratione duarum Arteriarum diuidi *o* poteſt in id quod inteſtina tenuia, & Meſenterium: & in id quod craſſa cõnectit, & Meſocolon *p* dicitur: partem etiam habet ligamenti naturâ præditam, quam meſenterij *q* appendiculam nominant.

o *de diſſ.ven.& art. 9. in tres partes diuiſit, in dextrum, ſiniſtrum & medium.*

p *Hipp.de oſſ.nat. & 6.epid.ſect.4. aphor.6.*

q *6.adm,anat.6.*

Vſus ipſius, vt Inteſtina, tanquã communi ligamento, lumborum vertebris annectâtur, vtq; per geminas has membranas, vaſa tutius ad inteſtina *r* pertingant.

r *4.vſ.part.20.*

a PANCREAS.

PAncreas, *b* quaſi totum carnoſum, ob ſimilitudinem cum carne, vel *c* Callicreas, corpus eſt *d* glanduloſum ad primam Lũborum vertebram enatum, ſub Ventriculi fundo, Duodeno & Vena portæ ad renes vſque locatur. Quod *e* venas exiles, vt alatur: arterias, vt viuat: neruos, vt ſentiat: glandulas, ne vaſa comprimantur, habet. Quod autem in eius medio album, ipſius Parenchyma eſt.

Huius vſus, ramos vaſorum illuc traiicientium illæſos conſeruare *f* & fulcire. Dein ventriculi actionem ſeu chylificationem, quæ elixatione fit, hoc eſt in calido & humido, adiuuare.

VENÆ *a* CAVÆ RAMI *per infimum ventrem diſſeminati.*

VEna *b* caua, venarum omnium, excepta Vmbilicali & Portæ mater, ab *c* Hepatis parte gibba enata dicitur, rectiùs ab Vmbilicali *d* quæ non ſolùm Venarum, ſed omnium partium, ratione carnoſæ ſubſtantię, principium perfectionis exiſtit. Principium enim corporis humani ſeu pars, à qua reliquæ ortu prodeant nullum eſt, ſed omnia *e* ſimiliter principium, & omnia ſimiliter finis. Hęc vena ex dextris animalis partibus, qua parte Hepar eſt, *f* profecta, per totam animalis longitudinem percur-

a πάγκρεας ἢ καλλίκρεας. *De hoc 5. vſ. par. 2. Columbo, affuſio & lactes.*
b *4. vſ. part. 11.*
c *de diſſ. ven. 1.*
d *5. vſ. part. 2.*
e *de diſſ. ven. 1.*
f *5. vſ. part. 2.*

a *De origine venarũ ex quo viſcere prodeãt, toto lib. 6. de placitis egit Galenus: de cauſſa originis Venarum, vide 5. vſ. par. 2. De diſtrib. 16. vſ. part. 13. & 14. de diſſ. ven. à 2. ad 9. & Hippocrates habet multa & obſcura, de locis in homine, de ſac. morb. de oſſ. natu. & de natur. hominis.*
b *Veteres* κοίλην καὶ μεγάλην *vocauerũt. nonnunquam Galeno* μεγίστη *maxima 4. vſ. part. 5. Hippoc.* ἡπατῖτις *iecoraria et Gal. de diſſ. ven. 1.*
c *5. vſ. part. 2. 4. vſ. par. 2. 6. plac. 3. Ar. 3. hiſt. 3. 2. gen. an. 4. 2. par. 9 3. par. 4. ex dextro cordis ventriculo.*
d *ex lib. de form. fœt. 3. deſumi poteſt.*
e *Hipp. de loc. in homine tex. 1. 1. de diæt. tex. 21.*
f *6. vſ. part. 4.*

percurrens, ſanguinem *g* omnium partium nutrimentum, in radicibus Venæ portæ per Hepatis ſubſtantiam diſtributis elaboratum, vnâ cum ſpiritu naturali vago per totum corpus diffundit.

g 16 *vſ.part.14. Ariſt.2.part.an.4.& 6.3.part.an.5.*

Huius truncus *h* in ſuperiorem, & inferiorem diuiditur: ille Diaphragma pertranſiens & ſurſum conſcendens, quàm plurimos ramos, in omnes ſuperiores partes diffundit: hic verò ab Hepate deorſum contortus, quàm plurimos etiam ramos, ad omnes corporis partes inferiores alendas, ex ſe mittit, de quibus nunc.

h *16.vſ.part.14. de diſſ.ven.2.6.de plac. com.3.in lib.de articulis. Hipp.2. Epid. ſect.4.*

Trũcus venę cauæ *i* inferior, in Truncum, & Ramos diuiditur.

i *Harum venarum ductum expoſuit Galen.diſſ.ven.8.*

A Trunco communiter vtrinq; venæ quatuor prodeunt;

1. Adipoſa, quarum ſiniſtra dextrà plerunq; ſuperior, ad renum adipem & membranam exteriorem nutriendá fertur: quarum dextra ſæpè ab *k* emulgente; ſiniſtra à trunco, ſed rarius.

k *diſſ.ven.8.*

2. Emulgens, *l* quæ aliquádo ab exortu triplex eſt: harum ſiniſtra inferior eſt dextra, ne *m* alterius functio impediatur, & longior, ob ſeminarium vas, quod inde prodire debuit, vtraq; deſcenſu circa Renum medium *n* diuiſa, in eorum *o* cauitatem implantatur, vt ad eos à Vena caua ſerum ſanguinis deducat: quod ne in cauá remeet, natura Valuulis in emulgẽtibus locatis, quas & in Venis Splenicis obſeruauimus, proſpexit.

l *vas venoſum maximum 14.vſ.part.7.*
m *14.vſ.part.7.*
n *in duos aut tres, rarius quatuor aut quinq; ramos æquales diuiſæ, quaſi anchoris quibuſdam infiguntur. Hipp. de oſſ.natura.*
o *Gal.de ren.affect.3.at Ariſt.3.hiſt.4. & 3.part.4. venæ renum cauum non ſubeunt.*

p diß.ven.8. ostendit differentiam huius venæ, in simiis & aliis.

3. Spermatica *p*, quarum dextra aliquando duplex, ex ipsius Trunci medio infra Emulgentem, sinistra ab Emulgente ferè media, ne Arteriam supergrediatur, propter venę paruitatem, oritur, quę *q* aliquãdo & ramulum à Caua assumit, & obliquè descendentes ad testes, corpusque varicosum, eò seminis materiam deferentes, abeunt: & surculos graciles in peritonæum ac tunicas testem ac vasa hæc ambientes, distribuunt.

q dissect. ven.8.

r per singula foramina singula, diß. ven.8.

4. Lumbares *r* duæ aut tres, inter lumborum vertebras quatuor geniculatim feruntur: quarum tamen vna insignior, per lumborum & ventris musculos, & peritonæum distribuitur, à quibus Venæ duæ, ad Spinalis medullæ latus, vtrinque vna *s* in Cerebrum ascendit, fortè seminalis materiæ portionem à Cerebro *t* deferentes.

s an de his Hipp. lib. de genitura, nullus enim harũ meminit.

t Arist. 10. problem. 56. visum semen labi per spinam.

Post has, Trũcus ad Lumborum vertebram quartam, in ramos duos Iliacos diuiditur: ex quibus vtrinque ante diuisionem Venæ duæ prodeunt.

1. Muscula superior, quæ aliquando statim in ipsa diuisione à rami latere exteriore, aliquando à trunco oritur, & per musculos *u* lumborum & abdominis & peritonæum disseminatur.

u diß. ven.8.

2. Sacra, quæ parua, modò simplex, modò gemina, per foramina superiora & anteriora, ad sacri ossis medullam mittitur.

Tum

Tum vtrinque Iliacus ramus in exteriorem & interiorem bifurcatur: ab exteriore, Venæ tres, duæ antequam, & vna postquam, peritonæo excidit, promanant

1. Epigastrica, quæ rarius à Crurali emergit, in peritonæum & abdominis musculos disseminatur, huiusque ramus præcipuus sub musculis rectis abdominis sursum ad Mammariam mittitur, ita vt circa Vmbilicum per anastomoses ut plurimum iungantur.

2. Pudenda, quæ transuersim ossium pubis medium accedens in scrotum, penisq; cutim, in viris: in mulieribus, in pudendi labra, vicinasq; partes, absumitur.

3. Muscula inferior, coxendicis articuli sedem peruadens, in illius loci musculos & cutim, disseminatur.

Ab interiore ramo, Venæ duæ prodeunt,

1. Muscula media, exterior propago, quæ in musculos exteriorem coxæ sedem occupantes, natiumq; cutim transuersim fertur.

2. Hypogastrica, quæ interior est soboles, vena insignis, aliquando gemina, quæ in omnes ferè Hypogastrij partes disseminatur, vt ad intestinum rectum, Hæmorrhoidales externas constituendo, vesicam, penē & vterum, per quam sæpè grauidis menses expurgantur.

His ramis de se sparsis, Venæ cauæ ra-

mi Iliaci vtrinq; extra infimum ventrem feruntur, & Crurales tunc dicuntur, de quibus in Pede.

ARTERIÆ *a* MAGNÆ RAMI *per infimum ventrem disseminati.*

ARteriæ Magnæ principium duplex est, aliud Originis ex semine ante *b* Cordis generationem, aliud *c* Dispẽsationis, & etiã radicationis, vt Hippoc. loquitur, ex *d* cordis ventriculo sinistro, in ipso Thorace; quæ vbi Cor egressa, in duos Truncos diuiditur, minorẽ qui sursum, & maiorem *e* (cum ad plures partes quam illa ferri debuerit) qui deorsum abit. Ex hoc veluti omnium Arteriarum trunco, tunica duplici *f* constante, prodeunt rami, alij per Thoracem, alij per infimum ventrem, de quibus nunc, disseminati, qui venas comitantur.

Arterię etenim *g* cum Venis, per totum penè corpus iunguntur, vt vasorum sit conspiratio, ac materiarum communio.

1. *h* Cœ-

a *Vetustißimi appellauere Venam 7.plac. 9. Vena, Arteria dicta, Hipp. de Cord. et 6. Epid. sic et Platoni: Arist. 3. hist. 4. Vena minor & vena* ἀόρτη: *Arab. vena pulsatilis.*

b *de form. fœt. 5. semẽ opificis rationem subit: vasa verò quibus sanguinẽ ex prægnãte attrahi ad viscerum procreationẽ necesse est, primò generabuntur. Secundo autem loco post ipsa Iecur & Cor, quemadmodũ domus fundamentum & nauigij carina constituuntur.*

c *de form. fœt. 4. Quædam principia sunt Originis, quatenus materiam parti suppeditant: quædam Dispensationis, quatenus virtutem & actionem quam edit ab aliqua parte principe recipit. Dispẽsationis principium 7. de plac. 3. in animalibus triplex est, vnum in Capite, alterum in Corde, tertium in Hepate.* d *6. vs. part. 5. 16. eiusd. 10. 1. plac. 7. diß. ven. & art. 9. Hipp. de Corde. Arist. 3. hist. 3. ex medio, cordis sinus, qui tres sinus contra Anatomic. sententiam constituit, quod & Gal. diss. ven. 9. monuit.* e *1. plac. 7.* f *diß. ven. & art. 9.* g *5 vs. part. 2. 6. eius. 17. Venas cum Arteriis* συναναστομοῦσθαι *in toto corpore, ex plurimis Gal. locis clarum est: at de diß. ven. 9. ostẽdit quænam sint venæ, quæ sine arteriis per corpus ferantur.*

h *Distri-*

1. *h* Cœliaca insignis Arteria, quæ ad Venæ portæ similitudinem, distribuitur, vt supra monuimus.

2. Mesenterica superior.

3. Emulgens dextra & sinistra satis *i* insignes, quæ vnà cum Venis in Renes abeunt, vt vitalem spiritum deferant, & serum *k* quod in Aorta copiosum, expurgent.

4. Spermatica dextra & sinistra, vtraque à trunco orta, ad testes cum Venis per Peritonæi *l* productiones abit.

5. Mesenterica inferior.

6. Lumbares, per foramen vertebrarum lumborum geniculatim latæ, non solùm in Peritonæum ac Musculos vicinos distribuuntur: sed & Arterias duas ad Spinalis medullæ latus in Cerebrum, cum Venis mittunt; verùm inferior propago cæteris grandior, ad infimi ventris latera frequenti sobole excurrit.

7. Muscula superior, cæteris lumbaribus grandior, in abdominis musculos disseminatur.

His cõstitutis, Arteria magna, venam *m* cauam conscendit, ne ad os allidens, cum perpetuo moueatur, lædatur: quo loci ratione partium quas perreptat Iliaca dicitur, & vt Caua, in duos Truncos diuiditur, à quibus rami sex, antequã in crura abeant, propagantur.

Sacra, statim sub bifurcatione orta, in sacri ossis foramina, eiusq; medullã fertur.

h *Distributionem Arteriæ magnæ per infimum Ventrẽ explicauit Gal. de diss. ven. & art. 9. & 16. vs. part. 10.*

i *de diss. ven. 9. cur ea magnitudine 5. vs. part. 5. 16. eiusd. 10. 2. nat. fac. 4 sic Arist. 3. part. 9. meatus ex vena aorta validi.*

k *5. vs. part. & lib. an sang. in arter.*

l *6. ad. anat. 13.*

m *diss. ven. & art. 9.*

Mox Truncus quilibet in Ramum interiorem graciliorem, & exteriorem maiorem, qui crus petit, diuiditur.

Ab interiore prodeunt duæ,

1. Muſcula inferior, interioris rami exterior propago, ad muſculos qui externam oſſis Ilium ſedem & coxendicis articulum integunt, excurrit.

2. Hypogaſtrica, eiuſdem rami interior propago, in oſſis ſacri humiliorem ſedem, ad veſicam eiusque ceruicem, nonnullis ad podicem, & muſculos pubis os tegentes, diſtribuitur: in mulieribus maior eſt & in vteri fundum diſſeminatur, eiusq; ceruicem & veſicam cingit. Ramum quoq; profert, qui ſub Penis origine bifurcata, ad duo eius corpora, veluti plexum efformat & ad glãdem vſq; defertur.

3. Arteriæ vmbilicales, ramo interiori implantantur & ad *n* veſicæ latera, tutelæ gratia mẽbranis fortibus colligantur, de quibus ſupra. Reliqua rami interioris ab externo ramo portionem aſciſcens, per pubis oſſis foramẽ in Crus delabitur, & in muſculos pubis os tegentes fertur.

n 15. *vſ. part. 4. diſſ. ven. & art. 9.*

Ab exteriore propagines duæ promanant;

1. Epigaſtrica, ab hac propagine antequam peritonæum permearit, extrinſecus oritur, ſurſum reflectitur, & muſculum conſcẽdens cum Mammaria circa vm-

ca vmbilici regionem præcipuis ramulis iungitur; reliquos verò ſurculos trãſuerſim in humiliorem abdominis ſedem diſpenſat.

2. Pudenda, eiuſdem rami poſteaquam Peritonęo excidit, propago interior, ad pudẽda fertur, & in penis cutim abſumitur.

Arteriæ reliquum in crus fertur, & Cruralis dicitur, de qua in Pedis hiſtoria.

a RENES.

RENes, quod per eos Vrina fluat, duo ſunt, quo fortior ſeroſi humoris, propter ipſius copiam, attractio fiat, ne vno obturato, humoris ſeroſi in Vreteres profuſio ceſſet; ſi enim vnus foret, (quod rariſſimum) neceſſarió duplo maior eſſe deberet, ac ſic Corpus *b* in æquilibrio non foret.

Carne ſunt denſa, quo Calor inhærẽs fortius attrahat, & expellat, néve ſanguis *c* elabatur.

Figura phaſeoli, exterius gibboſa *d* & rotunda, interius *e* concaua & ſima, colore *f* ſubrubeo: Venæ cauæ lateribus, quo expeditiùs ſerum eliciant, appoſiti, *g* ſpinę lumborum muſculis, inter geminas Peritonæi tunicas incumbũt, & aduerſam poſitionem non habent, ne tractioni *h* mora afferatur, & horum dexter *i* ſiniſtro, in homine, propter Hepatis molem, inferior.

a *νεφροὶ quaſi mingentes ἀπὸ τοῦ νείφειν à mingendo Ariſt. 2. hiſt. 16. dicti, Hiſt. explicauit. Gal. 4. vſ. par. 6. 5. vſ. par. 5. 6. 7. 8. lib. de dign. & curat. aff. renũ. de vaſis 14. vſ. par. 7. & 16. eiuſd. 14. de vſu eorũ 1. nat. fac. 15. 16. & 17. Adminiſtrationem 6. ad. an. 13. de his Ariſt. 1. hiſt. 18. maximè 3. part. an. 9.*

b *5. vſ. part. 6.*

c *5. vſ. part. 7.*

d *6. ad. an. 13.*

e *5. vſ. par. 5. 6. ad. an. 13. at lib. de aff. ren. 1. literæ ſigma aſſimilat. Hipp. de nat. oſſ. cordis figurã tribuit, quia vẽtres habeant.*

f *Hipp. malorũ ſpeciem referentes.*

g *Ariſt. 1. hiſt. 18. Obſeruauimus Renem ſiniſtrum in concauitate inferiore ad Veſicam ſupra diuiſionem Arteriæ magnæ & Venæ Cauæ, qua de re in obſeruat. noſtris.*

h *5. vſ. part. 6.*

i *cõtrarium habetur 5. vſ. par. 5. 6. 14. vſ. part. 7. 6. ad. an. 13. apud Ariſt. 1. hiſt. 18.*

Membrana duplici ambo donantur: exteriore *k* à Peritonæo, cui copiosus *l* adeps ad Renum calorem fouendum, & ne vasa distentione periclitētur, circumfunditur; & Glandula renis figura parte superiore adhæret. Altera propria, à vasis quæ cauum renum *m* subeunt, carnem compactiorem reddens.

Venas, *n* à Vena caua ortas, habent: Adiposam, quæ ad exteriorem tunicam: Emulgentem, communiter vtrinque vnam satis magnam, quæ ad renes fertur, in quibus Valuulæ feri refluxum in cauam impedientes. Arteriam *o* habent vtrinque vnam Emulgentem, quę venarum instar serosam humiditatem è sanguine in Arteriis *p* contentam expurgant. Neruum vtrinque vnum perexiguum *q* â Stomachico prodeuntem, qui in Renum membranam *r* propriam absumitur.

Ventres duos obtinent, exteriorem & interiorem. Exterior impropriè sic *s* vocatus, per quem vasa emulgentia feruntur & in capillamenta tenuissima absumuntur, Vreteres verò *t* egrediuntur. Interior verò sinum continet ex neruea membrana factum, quem Vreteres in ipsis Renibus latiores primũ redditi constituunt, qui non aliorum vasorum modo in capillamenta attenuantur, sed fine sunt lato & aperto, quo Carunculas ex renis substantia productas, albas, acutas, papillis,

3.par. an.9. quod in brutis propter incessũ pronum obseruatur.
k *6.ad.anat.4.*
l *Democr. Hipp. de nat. hum. Ar.3. par. 9. & 1. hist.18. dextrũ minus pinguem & siccum scribit.*
m *3.part.9. non subire voluit.*
n *5.vs. part.7. & 8. Ar.1. hist.18. 3. part. an.9.*
o *6.ad. anat.13. 5.vs. part.7.*
p *5.vs. part.5.*
q *5.vs. par.3. in 6. epid. com.1. tex.6.*
r *2. loc. aff.4.*
s *portam vocauit Fallop.*
t *6. ad an.13.*

papillis ſimiles excipiant: quæ tenuiſſimæ perforatæ, quo tanquam per Colatorium tantum aquoſus humor cum bile, ſenſim in has Vreterum fiſtulas percoletur, non autem ſimul ſanguis, qui à Renibus pro eorũ nutritione attractus, effluat: hic enim *u* Carni renum aſpergitur, inde paulatim vaporis modo in totum diſpergitur, adhæreſcit, atque demum alimentum fit renibus.

Renum enim vſus *x*, ſeroſam *y* ſuperfluitatem à ſanguinis *z* tàm venoſi quàm arterioſi maſſa repurgatam, recipere, quamuis & bilis *a* flauæ multum attrahant, quæ (at craſſior pars) cum vrinis permeat, vnde & vrinæ flaueſcunt. Hæc humani Renis, non autem canini, hiſtoria.

VASA *a* SPERMATICA virilia præparantia.

VAſa Spermatica quæ in *b* maribus maiora, duplicia ſunt: alia Præparantia, alia Eiaculatoria. Præparantia quatuor parum à ſe diſtantia, quæ in progreſſu continua, mox per anaſtomoſeis iunguntur, & membrana à Peritonæo enata connectuntur, & capreolorum modo ad Teſtis caput deferuntur, vbi arteria cum vena commixta corpus pyramidem depreſſam referens, efformant, quod corpus varicoſum py-

u 5. vſ. par. 6. *Vbi notabis ſecũdarios quatuor humores, quos multi Arabibus tribuunt, de quibus tamen etiã Gal. loc. cit. & 10. met. med. in febri hectica, quatuor oſtendit ſiccitates: & 3. facult. nat. 13. per* πρόσφυσιν, πρόσθεσιν καὶ ὁμοίωσιν. *Imò & Hippotrates* μᾶλλον τροφὴ, οἷον τροφὴ, καὶ τροφὴ, *de alim.*

x Aſclepiadis ſectatores fruſtra creatos crediderũt, 1. nat. fac. 13. & Eraſiſtratus quandoque aſſerit. 2. nat. fac. 4. Ariſt. nulla neceſſitate habentur, ſed vt melius, 3. par. 7. 2. hiſt. 16.

y Ar. 3. par 9. Gal. de vtil. reſp. & 6. loc. aff. 3.

z Lycus Macedo cenſuit, Vrinã eſſe excrementum nutritionis renum, 5. vſ. par. 5.

a 5. vſ. part. 6. 8.

a de his vide Gal. 14. vſ. part. 12. & 13. 1. de ſem. 15. Ar. 3. hiſt. 1.

b 14. vſ. part. 12. *Gal. vaſa ſpermatica* ἀγγεῖα σπερματικά: *præparantia vero* παρασκευαστικά *vocat.*

ramidale vocamus. Venæ *c* quidē duæ spermaticæ, quarum *d* dextra à trunco Cauæ, sinistra ab Emulgente. Arteriæ duæ Spermaticæ, ab Aorta prodeuntes: quæ materiam (excremētum benignum *e* vtilis & vltimi *f* alimenti) ab omnibus *g* corporis partibus delapsam recipiunt, & pro seminis generatione, ad Parastatas deferunt.

c Arist. de Venis his & Arteriis 3. hist. 1.
d diss. ven. 8.
e Ar. 1. gen. an. 18.
f hoc est portionē sanguinis in partiū assimilatione redūdātis, ipsarūq; viribus præditi, quod ab omnib. partib. in cauam refluit et inde ad testes.
g Hipp. de genitura.

PARASTATÆ. *a*

PArastatæ, quasi superficiariè Testibus adstātes, quas & ἐπιδιδυμίδας vocant, corpora sunt oblonga, naturâ, aut similitudine, aut vsu eadē cum Testibus (quibus *b* imponuntur, capiti & fundo alligantur, medio verò seiunguntur) à venis & arteriis Seminariis, vbi eæ dilatantur, per continuationem oriuntur, in quæ vasa eiaculatoria terminantur. Hæc varicum *c* instar contorquentur (quare Parastatæ *d* variciformes seu Corpora varicosa dicta) primum vt concoctioni seminis, siue dicas præparando, siue *e* perficiendo, Testium irradiatione adiuuante, opem ferant: dein ne libido vehemens *f* crebraque excitetur.

a 14. vs. part. 11. 13. & 14. 1. sem. 15. & 16. & lib. finit. medic.
b Ar. 3. hist. an. 1.
c 14. vs. part. 12. 1. sem. 14.
d 14. vs. par. 11. & 13. 1. sem. 15.
e auct. de fi[illegible] & in iis semen fieri ostendit Gal. 1 sem.
f Ar. 1. gen. an. 4.

TESTES. *a*

TEstes quod Virilitatem attestentur, communiter *b* bini sunt, sub Ventre foras, ne vasorum spermaticorum *c* logitudo & reuolutio minua-

a ὄρχεις fortè ἀπὸ τοῦ ὀρῶν χεῖν quod nisi cum impulsu semen effūdatur. de his Gal. in Introduct. 1. diss. vulu 6. 14. vs. par. 10. 12. & 14. 1. de sem. 15. & 16. Arist. 1. hist. 13. & 3. hist. 1.
b Ar. 1 hist. 13. (sunt enim quidam à natura monorches, quidam triorches.)
c 14. vs. par. 12. 1. sem. 15.

tur, castitatis *d* caussâ, ad penis radicem propendent, & *e* maiores, & calidiores, quam in fœminis.

d *Ar. 1. gen. an. 4.*
e *14. vs. par. 10.*

Inuolucris communibus binis, quæ vtrumque simul inuestiunt, donantur, quorum primum Scrotum dicitur à Cuticula & Cute efformatum, cui nil pinguedinis adiectum, rugosum est; *f* alterum Dartos *g* vocatur, à panniculo carnoso, Venis & Arteriis refertum. Propriæ tunicæ duæ *h* sunt, quæ quemlibet distinctim inuestiunt: prima à Peritonæi processibus enata, valida est, & tenuis, venis abundans, ἐλυτροειδὴς, id est, Vaginalis *i* nuncupata: altera à vasis seminariis, Albuginea *k* dicta, quæ immediatè Testem cingit, quo ipsius *l* substantiam *m* glandulosam, laxam, *n* albam cauernosam, veluti constringat.

f *Ar. 1. hist. 13. 1. gen. an. 12. Gal. diss. vulu. 9 vbi tres tantùm agnoscit, ὄσχεον, δαρτὸν, καὶ ἐλυθροειδῆ: sic & in introd. 11.*
g *Ruffo & Aeginetæ lib. 6.*
h *Vesal. ac Columb. tres.*
i *de diss. vulu. 9.*
k *ἐπιδιδυμίδα Vesal.*
l. *Ar 1 hist. 13. nec eiusdem naturæ cum carne, nec multum à carne dissidet.*
m *de diss. vulu. 9.*
n *14. vs. part. 10.*

Figura sunt *m* rotundi & oblongi, seu ouali, quorum pars superior *o* caput, inferior fundum *p* nominatur: dexterque qui calidior, propter vasa à magnis vasis eò delata, varicosior; ideò eò loci semen magis percoctum, quare *q* ἀῤῥενόγονος: sinister verò qui θηλύγονος, semine sed imbecilliore & aquosiore, cum ab emulgētib. materia deferatur (vnde natura fœminarum generationi potius intenta videtur) refertior.

o *Arist. & Gal. κεφαλὴ.*
p *Polluci πυθμὴν.*
q *hinc vulgatiꝰ mares à dextris & in dextris: fœminas à sinistris & in sinistris procreari. Hipp. 6. epid sect. 4.*

At ne vasis seminariis sint oneri, vterque Musculum *r* vnum obtinuit oblongū gracilē, ab ossis Ilij regione enatum

r *de muscul. egit. Gal. 14. vs. par. 14. & lib. diss. musc. 27.*

&per productionem peritonæi delatū, qui *κρεμαστῆρ*, id est, suspensor, ab vsu dicitur. Hi vt nutriantur, venas; vt viuant, Arterias à seminariis habent: vt sentiant, Neruum *t* mediocrem à sexto pari.

Horum vsus *u* suo calore Semini, non tam *x* formam & colorem, quam nomē & vim generādi tribuere, quamuis *y* corpus & robore & multa caliditate adaugeat, vt ex castratis colligere licet.

VASA *a* EIACVLATORIA, ET *Vesiculæ seminariæ.*

VAsa Spermatica Eiaculatoria, vel Deferentia, quod semen in vasis præparantibus iam elaboratum, à Testibus ad Prostatas deferant, duo sunt, (vtrinque vnum) quæ à Parastatis prodeuntia (cōtinuantur enim vasa pręparatoria, parastatæ, & vasa eiaculatoria, quibus pro vario officio & situ nomina imponuntur) substantia alba, neruosa, teretia, sursum *b* ad Ilia ascendunt, & per *c* Peritonæi productiones, via qua præparantia descenderunt, ad pubis os reflexa, posteriore parte (humorē *d* cādicantem iam continentia) antequam iuxta Vesicæ ceruicem vniantur & Prostatis inserantur, dilatantur &

Vesiculas *e* seminarias constituunt, vtrinque vnam nerueam, anfractuosam, *f* ita vt plures videantur, materia oleaginosa flauescente ad meatum vrinarium gilli-

t in Introd. 11.
u 14. vs. par. 13.
x Ar. 1. gen. an. 4 nō necessitatis sed cōmoditatis causa concessi.
x semen gignunt 14. vs. par. 10. & 13. sed non soli testes, contra hāc enim opinionem Gal. disputat. & 1. de sem. 14. Nequaquam, inquit, in vasis semen reperiretur, si nihil ad seminis generationem facerent.
y 1. sem. 15.

a de his Ar. 3. hist. 1. Gal. 1. sem. 15. & 16. 14. vsu part. 12. & 13. πόροι σπερματικοὶ Herophylo.
b 14. vs. part. 12.
c 14. vs. part. 13. 6. ad. anat. 13. 1. de semine 15.
d de diss. vulu. 9. 1. sem. 16. Ar. 3. hist. 1.
e ex vena & arteriæ coalitu, cōpositæ, iuxta auctor. definit. quas primus Herophylus descripsit, Fallop. monente.
f παραστάτας κιρσοειδεῖς, varicosos adstites Heroph. vocauit.

illinendum plenam.

Ipsa vero vasa eiaculatoria, in vnum meatum exiguo genitali similem degenerát, qui in Prostatas se medius insinuat, vt ex vtrisque anfractibus materia contenta, in meatum cómunem effundatur.

PROSTATÆ. *a*

PRostatæ quod ante stent, glandulę binę sunt magnitudine insignes, ad Penis radicem supra Sphincterem vesicæ musculum, vtrinque *b* ad vesicæ ceruicem locatæ: membrana densiore, ne semen sponté diffluat, inuolutæ; quæ sensu exquisito, vnde in congressu voluptas, prædita.

Substantia, durâ, spongiosâ, reliquis glandulis candidiore; quæ Semen non elaborant, sed *c* elaboratum ab Eiaculatoriis recipiunt, & ad tempus profusionis reseruant. Hæ namque à musculis inferioribus Penis compressæ, semẽ in ductum communem exprimunt.

VRETERES. *a*

VReteres, *b* ab *c* Vrina dicti, seu Vrinæ ductores, renes *d* vesicæ cómittentes duo *e* sunt, vtrinque vnus, qui vbi Renum interiorem ventrem succinxerunt, & fistulas octo vel plures, quibus singulis carnosum operculũ impositum, quo vrina per singulas fistulas

g *2. de sem. 6. & 14. vs. par. 9. sed vult cõtineri in Prostatis.*

a *de his 2. de sem. 6. parastatas Columb. vocat.*

b *14. vs. part. 9.*

c *in his humor quidam spermati similis quidem, verùm longè tenuior, 14. vs. par. 9. & 2. sem. 6. periti quasi vno ore omnes semen dixerunt cõtinere: contra quos disputat: at distinguas oportet Vesiculas seminarias à Prostatis, illæ oleaginosam, hæ candidißimam materiam continent.*

a *de his 5. vs. p. 5. & 13. 1. nat. fac. 6. 6. ad. ana. 13. Ar. 1. hist. 18. 3. par. an. 9.*

b *Venæ Ar. 1. hist. 18. meatus 3. part. 9. at Gal. 6. ad. anat. 13. alijs meatum, alijs arteriam, alijs venam dici, scribit: addens cõstare vnica tunica, quemadmodum vena, at non tam gracili. Græci οὐρητῆρας ab οὐρέω mingo vocant: vel ἐκ τοῦ οὖρου & τηρέω vrinam seruo vel duco: Hippocrates ὀχετοὺς quasi aquæ ductus nominauit li. de resect. corp. & de gland.* c *6. ad. anat. 13.* d *5. vs par. 5. Ar. 3. p. 9.* e *1. nat. fac. 13. visi tamẽ sunt etiã quatuor*

in Renum cauitatem percoletur, constituerunt, Lumbis adhærentes inter Peritonęi membranas geminas descendunt, & iuxta vesicæ collũ inter duas *f* membranulas transuersas à vesicæ *g* substantia minimè diuersas, quæ Vreterum ingressum occludũt, ne vrina regredi possit, Vesicæ obliquè *h* implantantur.

Sunt autem vasa teretia *i* oblõga crassa, *k* neruosa, concaua: membrana duplici vestita, altera à peritonæo ad robur, altera propria vesicæ substantiæ interiori simili, fibris obliquis ad distensionem donata: ad quæ Venæ & Arteriæ, à vicinis partibus mittuntur: Neruos verò, à sexta cõiugatione, & medulla lumborum recipit.

Vsus horum Vrinam ex Renibus, per quos & arenæ, & calculi transeunt, in vesicam *l* deferre.

f *quomodo infigãtur vide 5. vs. par. 13.*
g *6. ad. anat. 13.*
h *5. vs. part. 16. 6. ad. an. 13.*
i *6. ad. anat. 13.*
k *Ar. 1 hist. 18.*
l *Asclepiades voluit, ignorãs hos meatus manifestos, serum in halitũ resolutum, in vesicam transmitti, ibiq; in humorem priori similem cõcrescere: contra quem Gal. 1. nat. fac. 13. disput.*

VESICA *a* VRINARIA.

VEsica vrinaria in Hypogastrio, quo eo potus *b* superflua vacuentur, inter duas *c* peritonæi tunicas locata, quo alijs visceribus cedat, supra intestinum *d* rectum in viris, in fœminis etiam supra collum vteri sita, in Fundum & Collum diuiditur.

Figurâ oblonga, cavitate vnica donata (rarissimè enim membrana quasi septo in duas partes diuiditur) substantia partim *e* membranosa, ad commodam extensionem & corrugationem: partim carnosa.

a *de hac Ar. 1. hist. 18. 3. hist 15. 3 par. 8. 4. part. 1. Gal. de ipsius tunicis 5. vs. part. 11. & 16 de musc. 4. vs. part. 19. 9 eius. 16. de diss. musc. 28. 6. ad. an. 14. de vasis 5. vs. part. 8. Græcis κύστις, ἀπὸ τοῦ κεύθειν, id est, κρύπτειν abscondendo vrinam: & κύστις οὐροδόχος.*
b *5. vs. part. 5.*
c *vnde forsan Diocles, corpus in caput, thoracem, ventrem & vesicam diuisit, quem Aegineta l. 1. c. 100. sequitur.*
d *5. vs. part. 16.*
e *Ar. 3. hist. 15.*

Membranam duplicem habet communem & propriam: communem, quæ exterior â peritoneo & robuſta *f* eſt, cum ſubinde impleri, ac diſtendi, poſt vacuari, & comprimi debuerit, quæ in viris inteſtino recto, in mulieribus vteri collo & vicinis coxarum oſſibus alligatur. Propria ſiue interior duplex: quarum intima lucida, tenuis, omni fibrarũ genere donata, cruſta munita, ne vrinæ acrimonia lædatur: exterior craſſior, fibris carnoſis minus rubentibus conſperſa, tum ob cuſtodiam caloris, tum vt verſus ſuam originem cõtractæ, veſicam muſculorum inſtar coanguſtando, exigua in ea contenta; excludant.

Foramina tria habet, duo iuxta eius collum, qua parte per Vreteres ſerum à Renibus expulſum in eam ſponte, non per *g* reſudationem, ſed per patẽtia foramina effunditur, quibus ne regurgitare poſſit, præter obliquam *h* Vreterum inſertionem, vtrinque Membranula vna apponitur, quæ, veſica diſtenta, ne flatus quidem pertranſire ſinit, pari ferè cum follibus ratione: tertium, vrinæ exitum præbet in eius

Ceruicem (cui parte poſteriore duæ glandulæ *i* proſtratæ appoſitæ) quæ oblonga (in muliere breuis & *k* lata, Vteri collo anterius implantata) aliquantulũ contorta *l* anguſta, & ferè *m* carnea, Peni iuncta ſemper patet: ſed

f 5. vſ. part. 11.

g *vt Aſclepiades voluit, hos meatus ignorans, cõtra quem Gal. 1. fac. nat. 13. diſputat.*

h 5. *vſ. part.* 16.

i 14. *vſ part.* 9.

k *de diß. vulu.* 1. 15. *vſ. part.* 3.

l 5. *vſ. part.* 16.

m *collum muſculoſum* 4. *vſ. part.* 3.

n 6. ad. anat.14. 4. vs.part.19. 5. vs.par. 16. quomodo potionis excrementum excernatur ostendit: vide etiam de diss.mus.28.
o 5. vs. part.16.
p 5.vs. part.5.

Sphinctere *n* musculo orbiculari custoditur, qui inter tunicæ exterioris fibras rectas situs, glandulis adpositus, fibris suis *o* transuersis, ne vrina *p* inuitis effluat, ceruicem constringit, quibus per musculorum abdominis & diaphragmatis compressionem, vrina quantitate, vel acrimonia vesicam stimulante, laxatis, emingitur, & rursus partium supernarum compressione cessante, contractis, reliquiæ *q* meatui inhærentes expelluntur. Sed etiã infra glandulas fibræ aliquot transuersæ canalem orbiculariter cingentes cõspiciuntur, quas Sphincterem constituere voluerunt: quod si verum esset, tum nunquam semen sine lotio excerneretur.

q 5. vs. part.16.

r 5.vs.part.8.

r Vasa tria vtrinque obtinet; Venas, ad nutritionẽ: Arterias, ad vitam ab Hypogastrica, *r* in mulieribus à vasis quæ vteri Ceruicem petunt: Neruos ad sensum excretionis, à sexto pari & ossis sacri *r* spinali medulla.

s 5. vs. part.5.
t Ar.1.gen.an.18.
u Ar.3.hist.15.

Vsus *s* vrinam humidi *t* alimenti excrementum & alia sicca *u* excrementa, ex quibus Calculi conficiuntur, recipere, & ad tempus excretionis retinere.

PENIS. *a*

a Penis situm explicauit Ar. 1. gen. an. 5. Rationem & structuram Gal 15. vs. part. 1. vbi ostendit nullo commodiori loco collocari potuisse, 2. & 3. de ipsius musculis de diss. musc. 29.
b 15. vs. part. 1.
c 15. vs. part. 2.

PEnis à pendendo dictus, ad radices *b* ossis pubis ad *c* coitionis cõmoditatem, situs est, anterius ipsius medio adhærens, & extra corpus pendens; oblongus est, rotundus, crassitie & longi-

longitudine varians qui denudatus, Cuticula, Cute & Panniculo carnoſo (cum pinguedine, ne ipſius mollities erectionem impediat, careat) corpus ſuum oſtentat; quod nõ venoſum eſt, non enim tã celeriter repleri aut vacuari potuiſſet: non arterioſum, propter pulſum continuum cui imperare non licet: non neruus eſt, quia nerui cauitatẽ perſpicuam non habent, nec ſua natura dilatantur, ipſorum quin & mollities tẽſionem impediret: non ligamentum, licet ad tenſionem eſſet vtile, nullam tamen cauitatem habet: non tendo, quia cauitatem non habent & minus duri quàm ligamenta, quare ex duobus peculiaribus Corporibus neruoſis & Canali cõpoſitum.

Corpora illa neruoſa ab inferiore oſſis pubis parte, tanquam à corpore ſtabili, vt rectum & ſtabile *d* pudẽdum ſeruetur, enata, ſpongioſa ſunt, rara, poroſa, quo Penis erigi *e* & flacceſcere poſſit: ſi enim ſemper tenſus fuiſſet, & moleſtum *f* fuiſſet, & iniurijs obnoxium: ſi ſemper laxus, inutilis fuiſſet ad id cuius gratia creatus: quare ſolo coitus tẽpore tendi debet, quo Canali diducto *g* ſemẽ quàm longiſſimè eiaculetur: ſi enim obliquus eſſet, ibi tum ſemen *h* hæreret. Sunt & nigra, quia ſanguine nigro plena, in medio ad glandẽ vſq; iuncta infernè à ſe diſſident quo

d *15. vſ. part. 1. Ar. 4. part. an. 10.*
e *hac de re Ar. 1. hiſt. an. 13. 4. part. an. 10.*
f *Ar. 4. par. an. 10. Gal. 15. vſ. part. 1.*
g *15. vſ. part. 3.*
h *vt in [illegible] ns quibus per vinculum meatus contorquetur. 15. vſ. part. 3. At Aegineta lib. 6. c. 54. Hipoſpadiæos vocat, quibus glans ab origine non perforata eſt, ſed ſub pene foramen habẽt, cuiuſmodi exemplum habuimus: de his Ar. 4. gen. an. 4.*

i *fistula vrinaria & porus spermaticus 15. vs. part. 3.*

Canalem *i* Vrethran dictum (quem à vesica prodire volunt) constituant, qui sub his positus secundum longitudinem productus, membrana altera interna tenui, exactissimi sensus, aliquib. ex tenui meninge enata, in qua Circuli conspiciuntur; altera externa, carnosa, ex fibris transuersis, ad seminis *k* & vrinæ expulsionem, conflata, donatur. Cuius Canalis substantia media laxa, fungosa, nigricans, quò simul cum corporibus neruosis, ad seminis effusionem distendi & vrinæ commodiorem excretionem, flaccescere possit, qui ductus semini & vrinæ *l* communis; est & instar S. reflectitur.

k *rariss. datur meatus alius vrinæ, alius semini dicatus.*

l *15. vs. part. 3.*

m *de diss. musc. 29.*

Musculos *m* quatuor habet: duos Collaterales breues, à Coxendicis appendice sub penis principio neruosos prodeuntes, qui carnosi ad eius corpus feruntur, ipsumq; in congressu erectum sustinent & anterius muliebri sinui inserendum, flectunt. Alij duo inferiores secundum longitudinem ab ani sphinctere carnei exorti, vniti in canalem implantantur, quo eum in vtramque partem distractum, Pene stabili manente, dilatêt ne in corporum neruosorum repletione constipetur, sicque seminis exitum, qui confestim *n* ac celerrimè in Vteri sinum peruenire debet, impediat: verum & Prostatas, ad seminis profusionem, comprimunt.

n *15. vs. part. 3.*

Venas

Venas habet duplices: alias cutaneas, ab Hypogaſtrica & Pudenda: alias per corpus diſtributas. Sic Arteriæ geminæ ab Hypogaſtrica arteria inſignes, corporibus penis valdè implicitę, vt velut plexum efforment, inſeruntur: quæ dum ſpumoſo ſanguine aut ſpiritu turgent, penem diſtendunt: quo ſpiritum & ſanguinem deferant, vt penis flaccidus erigatur. *o* Neruus quoq; ab oſſis ſacri medulla, vtrinque vnus isq́ue inſignis, propter ſenſum exactiorē *p* quo ob coitum venereum eget, ſub oſſibus pubis in Penis radicem, & inde totum eius corpus percurrit.

Tandem Penis ſumma pars tumens, ęqualis & *q* turbinata, Glans dicitur, quę ex ſimpliciore, & magis ſenſili carne cō ſtans, tenuiſſima cute integitur: quò verò læuis & mollis aſſeruetur, *r* Præputio donatur: & quo tegi, retegiq́ue poſſit, membrana vel *ſ* vinculo Fræno appellato, in inferiore parte cum ſumma Glande ligatur: quod & ſeminis profuſionem cauſat, ſæpè enim frænuli perfrictione ſemen effunditur: in cuius medio foramen *t* ad excretionem, quod quibuſdam Vrethra *u* ab vſu nuncupatur.

Vſus penis, ſemen in Vterum effundere, & ſecundariò vrinæ excretioni inſeruire.

o *Ar. 1. gen. an.* [illegible]

p 14. *vſ. part. 13.*

q *Ar. 1. hiſt. 13. Gal. in Introduct. 10.* βάλανος.

r ποσθὴ 14. *vſ. par. 6*

s 15. *vſ. part. 3.* χαλινὸν, κύνιον fibula.

t *rarum eſt duo conſpici foramina: vnum directè infra alterū exiguo ſepto diſtincta, alterum meatui ſeminis, alterum vrinæ parato.*

u *in Introd. 10.*

ANVS seu *a* PODEX.

Podex Recti intestini finis, tribus donatur musculis. Primus *b* Sphincter, orbiculariter intestini fini circumfusus, ne fæces inuitis excidant, podicẽ ad amussim ac fortiter claudit. Duo alij membranosi, *c* à ligamentis ossis sacri, & coxendicis exorti, in primum musculum desinunt, quo post excretionem podicem in magnis conatib. sursum denuo retrahant: quare his resolutis ac imbecillibus, difficulter ac vix *d* sedem sursum retrahi contingit, sed etiam extrà manet.

a πρωκτὸς καὶ ἀρχὸν Arist. 3. part. 14. 1. hist. 17. 4. gen. an. 4. 4. vs. par. 19. 5. vs. par. 14. & 15. 6. ad. anat. 14. dissect. mus. 30.
b Hipp. vt habet Gal. de diss. vuluæ 1.
c obliquos vocat Gal. 5. vsu part. 14.
d 5. vs. part. 14. at ca. 16. comparationẽ inter ani & vesicæ Sphyncterẽ, instituit.

LIEN. *a*

Lien sub Diaphragmate, in sinistro *b* Hypochondrio, concauo ipsius *c* in dextram cõuerso, Hepati *d* oppositus, inter Ventriculũ & costas (plerunq; *e* vnus, quamuis & duos notarim) situs, peritonæo & *f* omento, diaphragmati & reni sinistro, gracilib. membranis à peritonæo enatis, tanquam vinculis connectitur.

Magnitudine, *g* colore & figura variat: in fœtu enim, cum sanguine puro nutriatur, rubeus: in adultis verò, cum succo crasso alatur, ex rubro nigricat.

Figura est *h* oblõga, extrinsecus gibba, aliquando à costis impressiones habens: interius cõcaua, ad cuius medium Linea alba, ad quam Venæ & Arteriæ immittuntur.

a De hoc Ar. 1. hist. 18. 2. hist. 15. 3. part. 7. 4. gen. an. 4. Gal. 4. vs. part. 4. 15. & 16. 6. ad anat. 10.
b 6. ad. anat. 10. Ar. 1. hist. 18.
c 4. vs. part. 16. 6. ad. anat. 10.
d 4. vs. part. 15. Arist. 3. part. 4.
e duos notat Ari. 4. gen. 4. tres Fallopius: & sine liene inuentũ, Ar. 4. gen. 4. & in dextro latere. ibid. & 1. hist. 18.
f 4. vs. part. 11.
g 6. ad. anat. 10. aliàs 20. lib. pondere repertus: cartilagine foris obductũ obseruaui in hydropico an. 1601.
h 4. vs. part. 16. Ar. 1. hist. 18. Hipp. de resect. corp. vestigio humano simile.

Venæ

Venæ à vena Portæ, ramus *i* Splenicus aliquot digitis infra Hepar locatus, truncus insignis, succum crassum & sanguinis terrestriorem partem deferens, mittitur. Cuius rami alij in Lienis substantiam absumuntur, alij ex eo prodeunt, suntq; duplices. Aliud est *k* Vas breue, quod appetentiam post Chyli in venas Hepatis ingressum excitandam, & ventriculi *l* corroborationem sursum *m* ad gibbum Ventriculi, versus ipsius orificium sinistrum sanguinem acidum eructat, qui postmodum cum alimentis ad intestina defertur & excernitur. Aliud verò vas aliquãdo ab hoc ramo prodiens, deorsum ad recti intestini extremum Hæmorrhoidales internas constituens, abit: quamuis hic humor sæpè etiam per Arterias expurgetur, non solum ad intestina, sed etiam per emulgẽtes ad renes.

Arterias numerosas & magnas à Cœliaca accepit, quo perpetuo earum motu calor innatus foueatur, corpus *n* Lienis conseruetur, crassusque sanguis mutari & confici possit, & Lien expurgetur.

Neruos exiles à sexti paris ramo costali sinistro, ad ipsius *o* tunicam à peritonæo *p* enatam, missos obtinet, quæ omni ex parte carnẽ ipsius (seu παρέγχυμα) spongiosam (quo faciliùs crassos succos excipiat) raram *q* & laxam cingit.

Vsus, *r* chyli crassiorem & terrestrio-

i 4. *vs. part.* 15. *Vas venosum dicitur.*

k 4. *vs. part.* 11. *Venosum stomachum nominat.*

l 5. *vs. part.* 4.

m 6. *ad. anat.* 10.

n 4. *vs. part.* 15.

o *Vesal. quoque sed Archangelo etiam substantiam subeunt.*

p 4. *vs. part.* 16.

q 4. *vs. part.* 15.

r *Erasistratus frustrà à natura creatũ existimauit, vt habetur* 4. *vs. part* 15. *Arist.* 3. *part. non nisi ex euentu necessarius. Vulgo creditur esse receptaculum crassioris et fæculẽti sanguinis in hepate geniti, & in eo segregati: hinc Galenus Lien quod iocinori crassius futurum, attrahit: præterea conficit ac ad vtilius mutat.* 3. *nat. facult.* 9.

rem partem, in venis meſaraicis iam alterati & ſanguinis aliquam diſpoſitionem adepti, ex venarum meſaraicarum trunco, antequam chylus ad hepar feretur, facultate inſita, per ſuā Venam ſplenicam (quæ non ex Hepate, ſed infra hepar ex trunco Portæ, iuxta Meſentericū truncum prodit) ad ſe allicere, excipere, ſicq; ſanguinē repurgare: quo poſtmodum Hepar rectius chyli partes laudabiliores attrahat, in venis per parenchyma Hepatis diſperſis, in ſanguinem conuertat: aliàs à craſſa illa crudaque parte, Hepatis vaſa obſtruerentur, vnde non modo laudabilis ſanguificatio impediretur, ſed etiam Hydrops, icterus, febres, aliaq; mala cauſarentur: quod fieri conſueuit, quando Lien ſuo officio non probè defungitur, & vel ob imbecillitatē, vel meatuum obſtructionē, craſſam & terrenam illam chyli partem non attrahit: quem craſſum ſuccum Lien alterat, ſ immutat & concoquit, quo eius pars laudabilior, ipſius fiat alimentū: reliquum quod à Liene immutari nō potuit, & ad ipſius nutritionem inutile, vt plurimum per Vas breue in vētriculū expellitur: nonnūquam pars eius, per Hæmorrhoides expurgatur.

e Lien ad ſanguinis confectionem datus: hinc Ar. 3. par. 7. lien quaſi adulteratū Iecur: quē vſum Gal. de reſpir. vſu, Aphrodiſ. & Aretæus confirmarūt: Fernel. & Veſal. ſuſpicantur.

a De hoc Ar. 1. hiſt. 18. 2. hiſt. 17. 3. par. an. 7. & 9. 4. gen. an. 4. Gal. 4. vſ. par. 12. 13. et 14. 6. ad. anat. 8. & 11. ἧπαρ Græcis παρὰ τὸ ἥσω τὸ εὐφραίνομαι à lætando, cum in hac parte concupiſcētiæ ſedes ſit. Latinis Iecur, quod iuxta cordis vires ſuam poteſtatem exerceat:

HEPAR. a

HEpar, quod inter viſcera primō perficitur, ἀπὸ τῆς ἠπαvίας, id eſt, indigentia dictum, quaſi omnium

partium inopiæ, dum in eius Venis ali-mentum conficitur, subueniat. Hoc sub *b* Diaphragmate, digiti transuersi solùm distantia, ne ipsius *c* motum impediat, licet aliquando in mortuis ei sit contiguum, situm est, dextrum *d* potissimum hypochondrium, propter Cordis ventriculum dextrum, vt ad eum sanguis euehatur, occupans: quod & superiori, anteriori, & dextræ Ventriculi parti leuiter insidet.

b 1. *hist.* 18. *Hipp. de arte in thorace collocauit.*
c 4. *vs. part.* 14.
d *Arist.* 2. *hist.* 17. & *part. an.* 9.

Figura exterior & superior læuis & gibba, quo Diaphagmati cedat, posterius verò sinus est oblongus ad Venæ Cauæ *e* transitum. Interior seu inferior, quæ sima dicitur, caua est, vt ventriculũ complectatur, suoq; calore foueat; sinus duos habet, alterũ à dextris propter Vesiculæ bilariæ situm: alterum à sinistris, vt stomacho transeunti cedat: est & aspera, ad Venæ portæ exitum; à dextris *f* rotundum, à sinistris, quasi in acutũ angulum attenuatum. Hoc in homine maximum, & excepta anteriore parte, vbi Vmbilicalis venę ingressus, fissura est, integrum plerunque conspicitur: in brutis verò in plures *g* lobos, quo Ventriculum, cum eum fouere nequeant, vt homines vestibus, complectatur, diuiditur.

e *Ar.* 1. *hist.* 18. *Iecur venæ maiori adnexũ est, vena enim quæ à maiore proficiscitur Iecur transigit.*

f *Ar.* 1. *hist.* 18.

Ligamentis tribus validis, alijs partibus adnectitur, quorum primum & dextrum membranosum & latum validum à peritonæo enatum, Suspensorium di-

g 4. *vs. par.* 8. *Hipp. de oss. natur.* & 6. *epid. in lobos quinq; secat quibus singulis, nomina propria Theophilus indidit,* 1. *focus.* 2. *mensa.* 3. *culter quod diuidat humores.* 4. *auriga.*

citur, & Diaphragmati alligat. Alterum & sinistrum teres & fortissimum, à peritonæo pronatum, diaphragmati quoq; nectit, nonnunquam costarum notharũ cartilaginibus, Tertium, Vena est Vmbilicalis arefacta, qua Abdomini nectitur, ne Hepar cõcidens, Diaphragma deorsum trahat.

h 4. vs. part. 14. 6. ad anat. 11.

Membranam *h* habet tenuissimam, à Venarum altera membrana, quæ à peritonæo est, enatam.

i 4. vs. part. 13. k 6. ad. anat. 11. Erasistrat. παρέγχυμα, id est, affusio. Gal. 4. vs. part. 13. carnosum viscus. l 6. ad. anat. 11. separationem hanc obscurè proponit.

Substantia ipsius, quæ *i* caro est, *k* Parenchyma dicitur, cum nil aliud sit, quã sanguis è venis effusus, cuius nomine rubet, ipsisque circumfusus, qui à membrana circumiecta contentus, cõcrescit, & inania *l* spatia inter Venæ Cauæ & Portæ dictas radices, explet, quæ per ipsius substãtiam, vt abstracta ipsius carne apparet, disseminantur: & mirabilem *m* plexum, ad perfectiorem sanguinis elaborationem, constituunt: inter quas & Pori bilem ab Hepate ad Vesiculá deferentes, disseminantur: verùm eadem vasa quoque fulcit.

m 4. vs. par. 13. quare non sinum fecerit, sed plexum, explicat.

Ad huius nutritionem, sanguis in radicibus Venæ Portæ elaboratus, effunditur, & reliquum tanquam superfluum Hepar in Venam cauam, (quæ eundem etiam per suas anastomoses attrahit) pro totius corporis nutritione expellit.

n 6. ad. anat. 11.

Arterię etiam ad ipsius simam partem, magis venis *n* candicantes, conspiciuntur

tur (pauciores tamen) ad caloris natiui cõseruationem à Cæliaca missæ, cum in toto corpore Venæ & Arteriæ mutuas sibi tradãt operas, hæ illis spiritum, illæ his sanguinem subministrantes.

Nerui *o* duo parui à sexto pari, altero à stomachico, altero à costali, per ipsius tunicam, ne sensus expers sit, disperguntur.

Vsus Hepatis, calore suo venas (cum eo loci *p* subtilissimam habeant Tunicam, qualis *q* nulla in toto animãte alia) fouere, quo sanguificatio *r* quæ in radi-

o *4.vs.par.12.*

p *4.vs.par.13.*

q *6.ad. anat.11.*

r *Opiniones de sanguificatione.* Prima *Ar.2. & 3.part. an. Sic 3.hist.an. in hepate vt canali & riuulo continetur sanguis: in Corde tanquã fonte & conceptaculo vbi sanguificatio.* Secunda *Auerrhois est, in hepate præparari, in corde perfici, & inutilem ad alendum, ni Cordis & Arteriarum facultas affulserit.* Tertia *Iouberti decad.1.parad.4. venæ sanguificationi & perfectæ coctioni inseruiunt, hepar vasis affunditur, ne cohæreãt, vasa stabilit, calore suo hæmatosin promouet, & id ex Gal. 1.nat.fac.* Quarta *Vesalij, Columbi, Argenterij contrarium statuentium, qui vim illam sanguificandi solùm Iecoris carni tribuunt.* Quinta *Vegæ & Laurentij, qui elaborationem & rubrificationem considerant: & venis omnibus præsertim hepati proximis, vim inquiunt insitam coquendi, alterandi, immutandi: ruborem verò sanguini indere, soli carni hepatis, quia sola rubeat, concessum esse.* Sexta *Piccolhominij, cui sanguificatio in radicibus venæ portæ, accersita vi sanguificandi ab ipsa carne & substantia hepatis absoluta fit: quibus radicibus inest desiderium sanguinem absolutum deponendi: in Iecore in se suamq; Carnem recondendi, quo cum fuerit nutritum, insurgit desiderium sanguinem sibi superfluum quanquam optimum, depellendi, tuncq; statim exurgit desiderium radicis Venæ Cauæ illum exsugendi, & rapiendi, &c. in omne corpus distribuendi.* Septima *Credimus Chylum in venis Mesaraicis primum sanguinis rudimentum accipere, inde ad Hepar deferri, qui non in eius Parenchyma effunditur sed in venis hepatis reseruatur & in portæ radicibus quæ ab Hepatis Parenchymate fouentur, sanguificatio absoluitur: quo confecto, sanguis in radices cauæ transmittitur (cum extremitates venæ portæ in medias radices venæ cauæ infigantur, & contrà) & inde in maiores venas (vbi magis elaboratur) expellitur, qui ad omnes corporis partes, tanquam conueniens alimentum, fertur. & Vesalius p. 458. asserit vtriusq; Venæ ramulorum extrema osculis inter se conniuere, & multis locis confundi & continuari: licet Fallop. fateatur se nunquam potuisse hanc osculorum coniunctionem videre.*

cibus Venæ Portæ in Hepate fit, rectè absoluatur, ipsis virtutem *f* naturalem quasi irradiatione tribuere; eo modo quo vasa seminaria à testibus vim seminificam accipiunt. Dein, spiritum naturalem procreare.

f 3. vs. par. 16.

VESICA *a* BILARIA.

a Ar. 2. hist. 15. Gal. 4. vs. part. 12. & 13. 5. vs. part. 6. & 7. 6. ad. an. 2. & 12. Græcis κύστις χολήδοχος.

VEsica bilaria in dextra & caua Hepatis parte, cui tenuissimè adhæret, locata. Figura est oblõga, subrotunda, concaua.

Substantia membranosa, duplici mẽbrana donata, altera à peritonæo, fibris carente, qua Hepati alligatur: altera propria & crassa, omni fibrarum *b* genere donata, vt dilatari, & constringi meliùs possit, quam substantia quædam crustosa ex excrementis tertiæ concoctionis ipsius Vesicæ genita, ne à bilis acrimonia lædatur, succingit.

b 5. vs. part. 11.

Venas *c* à vena Portæ, Cysticas gemellas, ad nutritionem: Arterias admodum *c* graciles, à Cœliaca: Neruos, *c* à sexti paris ramulo, qui Hepatis tunicam perreptat, recipit: quæ vasa vesicæ corpori eodem loco ad collum infixit, & in ipsam totam dispersit.

c 5. vs. part. 8.

Diuiditur in Fundum, Ceruicem, & Meatus bilarios.

Fundus qui inferiora *d* respicit, rotũdus, à bile quam continet, flauo colore tingitur, aliquando & nigro, cum bilis diutiùs retenta exuritur, & in Calculos condensatur.

d sursum spectat Archang.

Ceruix verò (ad cuius finem sinus peculiaris) oblonga, superiora respiciẽs, in meatum desinit, qui semicircularem figuram efficiens, in porum bilarium finit, ibiq; meatus communis cõstituitur.

Meatus *e* duplices sunt, alij exigui, innumeram ramorum seriem constituentes, qui in hepar mittuntur, & inter Cauę & Portæ radices per hepar disseminantur, qui Bilem puram & impermistam ad *f* se trahentes, in Vesiculam effundunt, quæ quotidie impletur, & quotidie euacuatur, per meatum qui in Porum bilarium desinit, qui tenuissimus, ita vt specillum nõ admittat, præcipuè vbi Membranulæ, bilis regressum impedientes, circa Ceruicem extant.

Alter meatus, Porus bilarius dictus, vas est oblongum, quod ab Hepate circulari etiam figura ad *g* Intestini ieiuni principiũ abiens, obliquè inter vtramq; Intestini tunicam, aliquando bifidus inseritur, & excrementum biliosum, crassum & permistum, ad intestinorum excretionem irritandam defert. Tertius etiam Meatus aliquando reperitur, qui in *h* fundum Ventriculi, in eum bilẽ effundens, inseritur.

Vsus Vesiculæ, *i* bilis flauæ, sinceræ, quæ extra Venas est, receptaculum esse: quamuis in ea sæpè multiformes calculi quoque reperiantur.

e *4. vs. part. 12. & 13. 5. vs. part. 6. præcipuè 6. ad. anat. 2.*

f *5. vs. part. 7.*

g *ad intestinorũ productionis initium. 6. ad. anat. 12.*

h *2. Temp. 6. 2. acut. text. 31. & artis med. 74. & 5. vs. part. 1. Ves. in vno vidit: at Col. & Fallop. nunquam.*

i *Communis sententia, Vesiculam omnẽ bilem excremẽtitiam recipere & per Ceruicem ac porum bilarium in intestinum deferri. 2. Fallopij & Archangeli Picolhomini, bilẽ ab Hepate ad intestinũ primò deferri, at cum nõ semper bile egeat, nec semper ob meatum in intestino, à Chylo occlusum, pateat, ne remeet in hepar, in vesiculam deferri, ibiq; contineri, donec meatus in intestinum pateat. 3. Galeni est, quam sequimur.*

a VENTRICVLVS.

VEntriculus tanquam paruus venter, qui Pennatis *b* aliquibus duplex: ruminantibus, quæ maxillã alteram tantum dentatam habent, quadruplex: *c* homini & animalibus vtramque maxillam dentatam habentibus, vnicus eſt.

Situs eſt proximè ſub ſepto in medio quaſi corporis, in Vētre infimo cum oſſibus non circumdetur, quo extendi & contrahi poſſit: maiore tamen parte hypochondrium *d* ſiniſtrum (cum eius orificium, per quod cibaria recipit ibi ſitum ſit) quo Hepati cedat, occupás, ſpinæ incumbit: dextrorſum verò ſenſim attenuatur, vt cibus gradatim inde recedat.

Connectitur à ſiniſtris orificio ſuo, ſepto tranſuerſo: à dextris, orificio altero Duodeno iungitur & parte poſteriore Lumborũ vertebræ primæ incumbit.

Figura rotunda, propter capacitatem & vt læſioni minimê obnoxius ſit: oblonga, propter duo ipſius orificia, quæ Barbyto paſtorio ſimilem faciũt, ſi Duodenum ei adhuc iunctum ſit: concauus, quo cibum potúmque recipiat.

Orificijs duobus donatur: altero ſiniſtro quod ſuperius dici conſueuit, circa Thoracis vertebrã vndecimam, quod alte-

a Ariſt. 1. hiſt. 16. 2. hiſt. 17. 3. part. an. 14. Gal. 4. vſ. part. 7. & 8. 5. vſ. part. 11. & 12. 6. ad. anat. 7. Græcis κοιλία à cauitate Ariſt. 1. hiſt. 16. 4. eiuſ. 3. 3. part. 14. Hip. 6. epid. ſect. 3. & 4. γαστὴρ, Hipp. de ſuccis & Gal. rectius γαστρίδιον vt Ariſtophani.

b Gal. 6. ad. anat. 3. de differentijs ventriculi agit pro ratione alimentorum, quibus animalia veſcuntur.

c Ariſt. 2. hiſt. 17. quadrupedes ouipara, cornigera altera maxilla dētata, quaternos habent ſinus: Gula ab ore ad ventrem ſe applicat maiorē, qui aſper ac propè gulæ cõmiſſuram: 2. ſibi ſinũ adnexum habet, quem Reticulum vocant, intus ſimilis reticulis mulierum implexis, ventre minor. 3. hunc excipit Omaſus, interius aſper cancellatus cruſtatus, magnitudine reticuli. 4. Abomaſum vēter ab eo iungitur, Omaſo amplior, magnitudine, forma longior, cancellis intus & cruſtis multis & magnis & lævibus: mox inteſtinum ſequitur: idem 3. part. 14.

d 4. vſ par. 7.

altero maius est, quo cibos non probè mansos, vt & potum intromittat, quod fibris circularibus donatur, & veteribus Cor quod eo affecto Symptomata Cardiacis similia eueniant: alijs *e* Os ventriculi dicitur. Alterum est dextrum, inferius vulgò appellatum, à *f* dextris situm, quod, donec cibus perfectè sit *g* concoctus obturatum manet, cuius nomine etiam angustus, & ne inconcoctus elabatur; cui, præter fibras transuersas, circulus crassior circumijcitur; superiora spectat, & postea in Duodenum, sensim dilatatum, chylum emittit, ideóq; *h* Pyloros & Ianitor dicitur.

e *4.vs.par.14.*
f *diss.ven.1.*
g *4.vs.part.17.*
h *de diss.ven.10.6.ad.anat.12.*

Membranis tribus *i* donatur: prima quæ extima & communis, à *k* peritonæo ad propriarum robur, fibris rectis donata: altera *l* carnosior, fibris carnosis conspersa, cum ad cibos coquendos calore *m* vehementiore opus sit, sequenti immediatè connexa, cui fibræ transuersæ sunt, obliquis intertextis: tertia interior, & neruosa œsophagi & oris tunicę continua, triplici fibrarum genere intertexta, quo attrahat, retineat, & expellat: & quo dilatari possit, rugosa, beneficio crustæ carnosæ, quę ei, quo Ventriculi interiorem tunicam ab assumptis tueatur, adhæret.

i *de tunicis & fibris agitur.4.vs.part 8. & 5.vs.part.11. & 12. 6.ad.anat.7.*
k *4.vs.part.10.*
l *4.vs.part.8*
m *5.vs.part.12.*

Venas habet à Vena Portæ & Splene. A Portæ, venas sex, quæ sanguinem pro *n* nutritione deferunt, quarum ali-

n *Gal.3.fac.nat. & 4.vs.part. ventriculus chylo reficitur & nutritur.*

quæ etiam chylum o exsugunt, & in sanguinem, p antequam ad hepar perueniat, cum hoc illis naturale sit, mutant. A Splene, Vas q breue, quod sanguinem acidum in os ipsius ad appetentiam excitandam & eius r corroborationem defert. Arterias à Cœliaca, vitalis roboris gratia. Neruos s geminos membranis fortibus, propter eorum s mollitiem, & itineris longitudinem obductos, à sexto pari recipit, qui ita se intersecant, vt oblique securitatis caussa ferantur, sicque dexter sinistram & anteriorem partem: sinister dextram & posteriorem oris ventriculi sedem cingat, cuius ratione t maximè sensile est, vt alimenti deficientis sensum excitet, cum ibi sedes appetitus sit, huicque u soli sensum indigentiæ, seu famis animalis, natura tribuerit, cũ eam partem potissimùm, cum vehementer esurimus, x cõtrahi sentiamus: hi ramis deorsum missis, membranas eius, cum ad y fundum vsque disseminentur, neruosas reddunt.

Vsus z cibum a potumque recipere, quos, vbi seipsum contrahit, & in ipso contenta complectitur, vtroq; orificio arctissimè clauso, naturâ suâ ingenitâ in Chylum album conuertit & concoquit, cum actio b ipsius propria sit concoctio, eiusque nomine concoctionis primæ, c instrumentum.

o *Hipp. de carnib. venæ quæ per ventrẽ & intestina feruntur, in quibus cibi & potus coaseruantur, vbi incaluerint, id quod est tenuissimũ & humidissimũ atrahũt: crassissimum relictum in inferioribus intestinis, in stercus abit.*

p *4. vs. part. 11.*

q *4. vs. part. 15.*

r *5. vs. part. 4. & Auicenna.*

s *6. vs. part. 6. potiss. 9. vs. part. 11.*

t *5. vs. part. 4. & 9. vs. part. 11. 16. eiusd. 3.*

u *4. vs. part. 7.*

x *9. vs. part. 11.*

y *4. vs. part. 7. 9. eiusd. 11.*

z *Ar. 1. gen. 18. locus excrementi alimenti vtilis.*

a *Hipp. de nat. puer. probat potum pulmonem non petere.*

b *5. vs. part. 4.*

c *4. vs. part. 8.*

MVSCVLI ET NERVI IN *infimi Ventris cauitate siti.*

REmotis partibus enarratis, Musculi, Nerui & Ossa adhuc conspiciuntur.

Musculorum paria duo vertebris incumbentia, sextum *a* puta & septimum, *b* quæ femur mouent, de quibus in femore. Ad latera vtrinque portio musculi latissimi *c*, qui brachiũ retrò deorsum trahit, cui musculus Quadratus *d* subiacet, qui dorsi est: in ipsa verò concauitate, Obturator *e* est internus, qui femur circumagit.

Nerui *f* duplices per infimum Ventrem feruntur: alij quidem à sexto pari medullæ cerebri in cranio prodeuntes, ramulis ad omnia viscera missis, de quibus in Thorace: alij verò à *g* Spinali medulla quatenus in ipsis vertebris est, & quidem duplices prodeũt: Lumborum quidem paria modo quinq;, modo quatuor: Ossis verò sacri paria *h* quinque, de quibus in historia Spinalis Medullæ.

a femur mouentium sextus Vesal. & Fall. 5. Colum. seu flectentium primus: quos ψόας *Hipp. & Gal. & Lumbales vocant.*
b septimus Vesal. & Fallop. 6. Colum. seu Iliacus internus.
c humeri seu brachij 4. Vesal. Col. & Fall.
d quintum par dorsi Vesal. primũ par dorsi Colum. primũ par lumborum Syluio.
e femoris 10. Ves. Col. Fallop.
f 9. vs. part. 11. 16. eiusd. 3.
g 16. vs. part. 4.
h de ossib. 11. Ossis sacri & coccygis paria recenset.

OSSA INFIMI VENTRIS.

OSsa imi Ventris, alia parte postica, quinque *a* Lumborum vertebræ, omnium crassissimæ, processibus ascendentibus, descẽdentibus, & transuersis, & foraminibus lateralibus donatæ, quarum prima νεφρίτης, vltima ἀσφαλίτης fulciens dicitur: & hæ per cartilagines & ligaměta crassiora ossi sacro incumbunt.

a de ossib. 10.

Os *b* ſacrum, ex ſex *c* oſſibus, tãquam ex proprijs quibuſdam vertebris cõſtructum, anterius cauum, poſterius incuruum, proceſſus exiguos, vt & foramina anterius & poſterius habet, cui Os coccygis, ex tribus vel quatuor oſſibus conſtans, ſubeſt, Cartilagines duas habens: vnam, vbi oſſi Sacro iungitur: alteram ad ipſius mucronem, aliquando etiam inter primum & ſecundum eius os.

Ad latera *d* oſſa duo ſunt, quorũ partes ſuperiores & latiores, oſſa Ilium: *e* inferiores & exteriores, oſſa Coxendicis (quibus prægrande acetabulum ineſt, cum femoris capite, nexu validiſsimo copulatum) quæ antrorſum tenuia, perforata, & in Pube (vnde oſſa Pubis dicuntur) cartilagine media nectuntur *f*. Hæc diuerſis nominibus donata, quia ad ſeptimum vſq; annũ, vtrinq; ex trib. oſſibus, cartilaginibus iunctis, conſtant.

LIGAMENTA OSSIVM *infimi ventris.*

Ligamentis quoq; oſſa hæc nectuntur: Lũborum quidẽ vertebrę, ligamento triplici: primo, communibus validis & mucoſis: dein, inter ſe iũguntur cartilaginoſis, corpora ipſarum intercedentibus: tum ipſarum proceſſus, ligamẽtis membraneis colligantur.

Ilium os, ſacro oſſi ligamento cõmuni membraneo validiſſimo iungitur, licet & cartilago intercedat.

b *de oſsib. 11. cur generatum ſit, vide 13. vſ. part. 7 vertebra magna Hip. 2. Epid. ſect. 4.*

c *Gal. os ſacrum ex tribus conſtare voluit, intelligens tria oſſa prima oſsis ſacri nunc dicti: reliqua verò oſsis ſacri oſſa, oſsis Coccygis nomine expreſsit. At quod poſteriores Coccygis os appellant, ipſe Epiphyſin appellat 13. vſ. part. 7.*

d *de oſsib. 20.*

e *os ilium, ſacro vnitum aliquando deprehenditur.*

f *quomodo ſeparari debeant oſtendit 6. ad. anat. 14.*

At os sacrū, Coxēdicis ossi ligamento duplici iungitur, vtroq; ex osse sacro enato, quorū alter Coxendicis processui acuto, alter posterius in eius appendicē inseritur, quo & intestinum rectum cum suis musculis sustinetur.

Ossa pubis, etsi cartilaginis interuentu iungantur, ligamentum tamen geminum habent, aliud quod ea circulariter ambit: aliud membraneum, foramen ipsum occupans.

INSTRVMENTA MVLIEBRIA AD GENERIS PROPAGATIONEM FACIENTIA.

Differentia Ventris infimi Mulieris, à ventre infimo Viri, ratione ossium.

QVa ratione Venter *a* infimus in muliere, à viri ventre infimo ratione ossium differat, primo explicemus, cum ea diuersitas & Vteri & Fœtus caussa existat: dein, partes muliebres generationi inseruientes, enarrabimus. In quinque autem differunt:

1. Quod in muliere Dorsi pars supra lumbos magis retrorsum flectatur, vt si fortè grauida & anterior pars pondere molestetur, posterior etiam pars suam molem, quo corpus sit in æquilibrio, habeat.

2. Ilium ossa vtrinq; magis educūtur, quo grauidæ Vterus, horum ossium latitudinibus tanquam fulcris innitatur.

a Auctoritatib. pluribus id probari potest: Fernel. 6. morb. 17. caussas difficilis partus referen., vti ri, ait, ceruicisq; mala conformatio, angustia, & ossis pubis firmior compactio compressio seu coarctatio ex vicinarū partium tumore. Sylvius in Isag. anat. cap. 2. in recens fœtis, aut parturientibus, cartilago pubis ossa connectens, mollior est ac laxior, vt vi parua secando, facilè separetur. Villichius 1. anat. 23. ossa pubis per Synchondrosin adnexa, quæ in parturiētibus non nihil laxari solent. Idem testatur Rossetus, Pinæus & alij Rationes (quæ ad-

ferri possent in huius sententiæ confirmationem omittimus; cum Seuerinus Pinæus fusè hac de re egerit, cuius rationes nullus hactenus sufficienter refutauit, vt alibi ostensuri sumus.

3. Ossium pubis processus inferiores & interiores magis extrorsum producuntur, ilij, coxẽdicis, pubis & sacri ossibus quo cauitas infimi ventris ossibus circumsepta, amplior sit, cum non vt in viro tantũ Rectum intestinum & Vesicæ collum contineat, sed etiam Vterum, & quando mulier grauida est, ipsum fœtum.

4. Ossium pubis connexio, in mulieribus cartilagine, duplo crassiore & laxiore breuioreq; connexionis linea fit, quo ob nexum hunc laxum, ossa hæc in partu, fœtus impetui cedere possint, cum quandoq; in partu *a* laxentur, vt in modò fœtis, in quibus hoc inquirere oportet, aliquoties conspeximus; quæ sanè ossa facilimè acuto cultro, modò dorso non sit crassiore, separantur.

5. Os coccygis, mulieribus per nexũ admodum laxum inter se & cum osse sacro nectitur, quo in partu extrorsum curuetur, & cauitas maior sit.

a 14. vj. part. 11. *fœmina omnes partes habet, quas & masculus, & in eo duntaxat discrepãt, quod in mulieribus partes hæ intus sunt conditæ: in viris autem extra ad perinæum sitæ: quod in Talparum oculis etiam accidit, (fortè quia cum fœmina homo nata sit, quæcunq; in homine masculo exstabant partes, eadem in fœmina reperiri debuere.*

MVLIEBRES PARTES
Generationi inseruientes.

PArtes generationi inseruientes duplices sunt, Viriles, de quibus dictum: Muliebres, *a* quarum aliæ materiam seminis, à toto deferunt, Vasa Spermatica: vel semen elaborant, Corpus varicosum & Testes: vel semen eiaculantur, Vasa eiaculatoria: vel semen tam Virile quam Muliebre recipiunt, cõseruant, elaborant, pro fœtus generatione, ipse Vterus.

VA-

VASA SPERMATICA
Præparantia.

VAſa Spermatica *a* materiam ſeminis deferentia, duplicia ſunt, Venę duę, quarum dextra, à trunco Venæ cauę, ſiniſtra, à Vena emulgente, quę ſanguinem: Arteriæ duæ, ab Arteriæ magnæ trunco, quæ ſpiritum deferunt, exoriuntur. Verùm inſertione & diuiſione à Virilibus variant, cum in Muliere peritonæo non excidant, ſed ita diuidantur, vt maior pars ad Epididymida, ramulis tamen pro nutritione teſtibus communicatis, abeat: minor verò Vteri fundum petat: at in viris, tota ad Epididymida feruntur. Sunt quoque illa in Mulieribus breuiora ratione viæ, non autem magnitudinis, cum anfractibus pluribus, quàm in Viris (vt in illis ſemen diutiùs, cū Mulieres frigidiores ſint, immoretur) donētur: ita vt viæ breuitas anfractuum multitudine cōpenſetur, qui anfractus, Corpus varicoſum, in quo ſemen elaboratur, conſtituunt.

a 14. *vſ. part.* 10. *Vaſa quomodo differāt, oſtendit, & lib. de diſſ. vteri cap.* 5.

TESTES. *a*

TEſtes in ima Ventris infimi parte, quo calidiores magiſque fœcundi ſint, latitant, vtrinque ſinguli, qui vteri lateribus ſupra fundum in non grauidis accumbunt, & laxis membranis à Peritonæo connectuntur: hi à *b* mariū teſtibus variant ſitu, cum Lumborū muſculis incumbant: figura, quia *c* lati & de-

a *de his* 14. *vſ. part.* 10. *& de diſſ. vulu.* 9.

b *differentiam inter viriles & muliebres* 15. *vſ. part.* 12. *&* 14. *oſtendit.*

c 14. *vſ. part.* 12. *& de diſſ. vulu.* 9.

d 14. vſ. part. 10.
e de diſſ. vulu. 9.
f De ſemine muliebri agitur. 14. vſ. par. 11. Semen in matricibus manet, inquit Hipp. & Gal. de ſemine, cum fœmina eſt cõceptura, quod principium ſeu origo eſt membranarũ & vaſorum omniũ. Ipſum enim amplius coquitur & initio ſtatim ex fœminæ ſemine nutritur, tãquam id natura familiare magis ſit quam ſanguis.

preſsi, ſuperficie externa inæquali, ac glandulæ plures exiguæ iungerentur ſinuoſi & caui, humore aqueo, inſta craſsiuſculi feri, in ſanis pleni: magnitudine, quia minores: ſubſtantia, quia humidiores: temperamento, quia *d* frigidiores, vnde earum ſemen humidius & aquoſius: tandem inuolucris, cum vnica tunica ipſis validiſsimè adnata, ad ipſorum ſubſtantiam continendam inueſtiantur, quæ dartos *e* Galeno dicitur. Quorum vſus *f* ſemen fœcundum reddere.

VASA *a* DEFERENTIA *ſeu Eiaculatoria.*

a de his Gal. 14. vſ. part. 10. & lib. de diſſ. vulu. 9. vbi monet Dioclem, Praxagoram, Philotimum, Ariſtotelem, Herophilũ & Eudemum hæc ignoraſſe.
b à teſtibus exeunt meatus ſeminarij diſſ. vulu. 9.
c iuxta teſtes lati & foramen ſenſui euidens habent. diſſ. vulu. 9.
d Vteri tubam Fallopius vocat.

VAs ſemen deferens vtrinq; vnum eſt, quod alij à præparantibus, alij à teſtibus *b* oriri volunt, neruеum eſt & candidum per Vteri ligamentum delatum: quod circa teſtem latum *c* & amplum membranoſum & nonnihil cõplicatum, in medio foramen inſigne habet tubæ *d* orificio extremo ſimile, quod vaſa ſpermatica ambiunt & capreolorũ modo in ſe criſpantur, cum magis rugoſum & flexuoſum ſit quam in viris, propter viæ breuitatem, quæ non vti in viris per peritonæi productiones efferuntur, cum in illis Teſtes penduli non promineant, licet hi proceſſus etiam in Mulieribus ad inguina ferantur, vnde mulieres frequenter ruptura inguinali laborant.

Vasa hæc deferentia quæ circum Testes ampla sunt, dum ab ijs secedunt, angustiora reddũtur & ad vteri latera, quæ *e* Cornua dicuntur, feruntur, & vtrinque diuiduntur: horum pars altera breuior, sed amplior, in sui lateris cornu medium implantatur, & in id, & vteri capacitatẽ semen perfectè coctum effundit. Altera verò pars angustior, sed longior, secundum Vteri latera ad eius ceruicem vtrinque fertur, & infra os interius sub ceruice inseritur, semenq́ue defert, quod grauidæ (cum in ijs *f* vteri os exquisitè clausum sit) effundunt.

VTERVS. *a*

VTerus cauitas est, semen tàm Virile, quàm Muliebre, cum sanguine materno, ad fœtus generationem & nutritionem, excipiens.

Situs est *b* in ventre infimo (quia supremus & medius cum ossibus circumdetur, fœtu crescente dilatari non posset) & quidem eius infima parte, propter facilem coeundi modum, facilioremq́ue fœtus exclusionem; in coxarum cauitate, quæ in Mulieribus propter Vterum, amplior, vnde & nates Mulieribus latiores: in ipsius medio, quo corpus *c* sit in æquilibrio: inter *d* vesicam & rectum intestinum, quæ puluinaris instar sunt, ne ossium *e* duritie lædatur: qui in grauidis pro ratione sexus, modo in dextrã, modo in sinistram magis inclinat.

e 14. vs. part. 10. In fœminis, tum in ipsas matrices vasa inseruntur, tum constituunt, vt in capacitatẽ internam semen excernerent: & cap. 11. ad semen à proprijs testiculis trahendum, cornua fuêre comparata: ad virile semen, meatus, quem collum vocant & ad pudendum vergit.

f Hipp. 5. aphor. 51. Gal. 14. vs. part. 3. 15. vs. part. 7. & de diss. vulu. 7.

a De hoc Gal. lib. de diss. vulu. & toto ferè lib. 14. vsu part. communiter Gal. et Hip. ὑστέρα, quod extremũ locũ inter viscera obtineat: ijsdem quoque μήτρα mater siue matrix, quia fœtuũ mater est. Latinis vterus ab vtre qui propriè mulieris est, cum in cæteris animalib. vuluam potius appellemus.

b Sitũ explicat Gal. 14. vs. part. 3. Ar. 3. hist. 1. quem 1. gen. anim. 2. naturæ campum vocat.

c 15. vs. part. 2.

d de diss. vulu. 1.

e 15. vs. part. vlt.

f quibus connectatur & adiaceat vide de diss. vulu. 4.

Connectitur *f* partim substantia sua, partim ligamētis quatuor, quorum duo superiora sunt, duoq; inferiora: verum fundus anterius, posterius & superius nulli parti adiacenti connascitur, sed liber est, quo commodè in grauidis distēdi; in concipiendi cupiditate, nunc sursum, *g* nunc deorsum sese mouere possit. At à lateribus, ossibus ilij alligatur ligamentis membranosis à peritonęo *h* enatis, quæ vespertilionum alis assimilari possunt, & nonnunquam fibris carneis intertexuntur, ita vt musculi esse videātur: quæ laxa *i* sunt & mollia, quo cum toto vtero extendi, & ipsum circa lacerationem sequi possint.

g vnde Platoni in Timæo ζῶον ἐπιθυμητικὸν dicitur, referēte etiam Gal. 6. loc. aff. 5. Pythagoræ animal per seipsum distinctum.

h à lumborum musculis, Gal. 14. vs. par. 14. diss. vulu. 4.

i 14. vs. part. 14.

Ceruix verò seu canalis vicinis partibus nectitur: à lateribus laxè peritonæo iungitur: posterius ossi sacro & tenuioribus *k* fibris cum aliquanta pinguedine, recto intestino, ita vt iuxta pudēdum cum ano coalescat: anterius, ceruici vesicę & ossibus pubis, beneficio membranarum à peritonæo enatarum, connectitur.

k de diss. vulu. 4. & 14. vs. part. 13.

Ligamenta inferiora *l* similiter duo sunt, quæ nonnullis κρεμαστῆρες dicuntur: sunt autem processus neruosi, rotundi, lumbricis similes, rubentes, concaui, qui à lateribus Vteri vtrinq; prodeuntes, & ad inguina ascendentes, per peritonæi productionem, eo modo quo vasa seminaria virorum feruntur, & musculorum obli-

l processus vteri, Columbo: vteri cornua, Varolio.

obliquorũ abdominis tendines pertranseunt: hisque extra abdomen fibræ carnosæ, ab osse ilium prodeuntes, iunguntur, quæ musculos κρεμαστῆρες seu suspensores admodum paruos cõstituunt, qui cum testibus non iunguntur. Tandem ligamenta hæc, supra pubis os in latam ac neruosam exilitatem degenerant, cui Clitoris inhæret ac alligatur, vt ex huius attritu, imaginatio ligamẽtis hisce, & ab his, vasis semen deferentibus (quæ in exortu attingunt) communicetur: quãuis horum vsus quoque sit, Vterum, ne extra pudendum excidat, suspensum tenere.

Figura *m* rotunda, ad capacitatem: ad ceruicem, vesicæ instar oblonga: quare vterus cum ceruice pyri formã exhibet.

Magnitudine *n* ratione ætatis, corporis, & impregnationis variat: in Virginibus, quia nondũ perfectæ, & ijs quæ venereis nõ vtuntur, & in vetulis, quia exsiccatæ, exiguus, vt manu comprehendi possit: in ætate florentibus maior: at eius, quæ nunquam concepit, multò minor. Sic quæ vtero gestarunt, maiorem habent, quam quæ non.

Substantia est membranosa, quo dum fœtus in vtero augetur, dilatari: vbi exclusus est, collabi contrahiq; possit.

Huius partes duplices, aliæ in corpore latitant, ad eius compositionem faciẽtes: aliæ ad sinum pudoris, quę etiam ci-

m de diss. vul. 3. Gal. 14. vs part. 11. Vterũ scroto virili aßimilauit, quasi Serotum vterus sit inuersus, ab oßibus pubis propendens. Si enim Scrotũ inuersum inter vesicã & rectũ intestinum intrò trudi fingas tũc Testes, qui in Scroto erant, vtrinq; extrinsecus aßistunt, & quod antea Scrotum erat, nunc Vteri rationem obtinebit. Vteri verò collum loco Penis erit, cum collũ & penis idem sint lõgitudine, frictione & refrictione, idẽ ab ijsdem in eũdem ductum seminis effusione. Quare cum in prima formatione fœtus & fœminæ et masculo eadem membra generari videantur, fit vt pro maiore, vel minore calore, masculus vel fœmina generetur: cũ enim caloris vi hæc extrà propelluntur, masculus fit: in fœminis verò præ caloris imbecillitate extare non possunt, sed intus remanent. Sed hac de re peculiari tractatu dicemus.

n de diss. vulua. 2.

tra dissectionem conspiciuntur. Quæ in corpore latitant, sunt Ligamenta de quibus dictum, Vasa & Membranæ.

Vasa: Venæ vtrinq; duæ, arterijs maiores, altera à Spermatica, antequam Vasa præparantia constituantur, per totum eius corpus, maximè fundum, dispersa: altera à Cauæ ramo Hypogastrico, quæ maior est & ab inferioribus sursum fertur, cuius oscula vteri cauitatem subeūt, quæ *o* Cotylidones, seu acetabula dicūtur, per quæ *p* Menstrua, statis temporibus expurgantur, & per quæ fœtui in Vtero existenti alimentum defertur, dum his Hepar vterinum iūgitur, ex quo Venæ Vmbilicales sanguinem eliciunt: verum alijs temporibus, hęc Venarū oscula conniuent. Ab eadem vena rami in *q* Vteri ceruicem seu canalem feruntur, per quos grauidæ nonnullæ *r* plethoricæ primis mensibus (copiosiore sanguine quam pro fœtus nutritione opus est affluente) euacuantur: aliàs fœtus sanguinis copia suffocaretur, vel cum periculo abortus, Vteri orificium reserari necesse foret.

Arteriæ quoque *s* vtrinque duæ ex Spermatica & Hypogastrica, quæ venas comitantur, quarum oscula Hepar vterinum subeunt, eò sanguinem ac spiritum vita-

o de diss. vulu. 10. Vbi differentiā inter acetabula in vtero muliebri & vtero brutorū ostēdit: in his. n. uerticillos referūt plures. p copiosior enim sanguis, quam pro ipsius nutritione requirebatur, toto illo tempore, quo mulier concipere potest, defertur, quo vbi conceptio fieri debet, sanguis præstò sit, tanquam alterum generationis principium, & fœtu iam formato, alimētum subministretur. At reliquo tempore cùm copiosior sit quā vteri nutritio requirat, idcircò tanquam supernacuus singulis mensib. expurgatur: siquidem retētus corrumpitur, variasque hystericas paßiones causat, quæ tamen magis à retento semine, quam menstruis, causantur: nonnunquam simul etiam alia excrementa, humorumq; colluuies, alijs trium, alijs plurium dierum spacio expurgantur: & cōmuniter noua Luna, iuuenes: vetulas plena Luna, repurgat. q dissect. vulu. 5. r Gal. 5. aph. 60. Vtero gestantium sanguis qui ipsis interdum lunarijs purgationibus defluit, nō ex vteri venis, sed ceruicu promanat: Sic & 6. loc. aff. 5. s diss. vul. 5.

vitalem deferentes, quę ab Arterijs Vmbilicalibus ad fœtum feruntur: quarum in non grauidis vſus, vteri calorem augere, ſanguinem & ſpiritum vitalem ad eius vitam deferre, motu calorem innatum ventilare, ſanguinem agitare, ſicque à *t* putredine conſeruare. Verum à prædictis vaſis & à Pudenda exiguæ quoq; venæ & arteriæ in pudẽdum & eius colliculos feruntur.

t an fortè menſtrui tempore ſanguis quoque vitalis redundans expurgatur.

Nerui *u* etiam licet exiles, plures tamen retis modo inter ſe impliciti, partim *x* à medulla lumborum & oſſis ſacri eò feruntur, vt moleſta ſentiendo expultrix exſurgat: in congreſſu voluptas percipiatur (quare plures ad ceruicem mittuntur, & ad partes quæ circa pudenda ſunt) & motus vteri ad Virile ſemen alliciendum, & complectẽdum, excitetur.

u diſſ. vulu. 4.

x hinc ſummus Vteri & Cerebri præſertim parte poſteriore conſenſus.

Membranæ tres: exterior vna, omniũ quæ à peritonæo oriuntur craſſiſſima, quæ vterum tutelę cauſſa inueſtit. Internæ ſeu propriæ duę ſunt, firmiſſimè iunctæ, vt vix *y* diſcerni poſſint, niſi in exulcerationibus, quæ reliquas Ventris tunicas craſſitie excedunt, & hæ ad orificium interius craſſiſſimæ: quarum natura vt multũ & diſtendi & facilè contrahi poſſint: inter quas *z* fibrę carnoſæ, ipſius parenchyma conſtituentes, ferũtur, quo vteri calor augeatur: quibuſdam, vt Muſculorum loco ſint, ad vteri motum voluntarium excitandum, quo Viri ſemen

y de diſſ. vul. 6. duas dicit exteriorem ſimplicem: interiorẽ ſeu propriam duplicem, Ar. 14. vſ. part. 14. vnius meminit.

z Fibrarum genus omne habet, cum ſemen attrahere, retinere & fœtum expellere debeat 14. vſ. part. 14.

ad eius orificium iaculatum, in capacitatem *a* recipiant, & ad conceptionem arctè complectatur.

a vt ceruus è profundis cuniculis serpētem narium inspiratu allicit.

At in ijs quæ iam aliquandiu vtero gerunt, in tunica interiori triplex fibrarum spermaticarum genus multò manifestius conspicitur: rectæ interiores semen allicientes, quę pauciores: obliquę mediæ plurimæ & validissimę, quo conceptum diutissimè retineant: transuersæ extimæ, fœtus exclusionē adiuuātes,

b de diss. vul. 8.

Verum Membranæ non semper *b* eādem crassitiem seruant: prima namque ætate tenues sunt: menstruis fluentibus, crassitudinē augent: minuitur verò tam magnitudo, quam crassitudo, cum mulier concipiendi tēpus excessit, vel menses non amplius fluunt. Sic cum menstruorum purgatio instat, crassa ac tumens apparet, vtpote sanguinis humiditate irrigata. Sic eius quæ iam vterū gessit, crassior: crassissima eius quæ sæpissimè. At conceptus *c* tempore crassescit, mollior redditur, & vbi concepit, crassior est, & circa tempus partus, propter sanguinis affluxum, crassissima, ita vt postremis mensibus duorum penè digitorum crassitiem non vno tātum loco, sed vbique maximè versus elatiorem fundi partem, in quam Vteri vasa coëunt & secundinæ cohærēt, æquet: nam cum fungosa & spongiosa carne constet, & venæ arteriæque plurimæ per eam disseminētur,

c Gal. de diss. vul. 8. & 14. vs. part. 14. voluit in principio conceptus crassam esse: & cum prope tempus pariendi accedat, maiorem quidē esse, sed tenuiorem euadere (quod in brutis obseruatur) crassitudine in longitudinem extensa. Galenum, Vesalius pluresq; alij sequuntur. At contrarium inspectio demonstrat, quando ob fœtum retentum Vterus dissecatur.

tur, necessariò ex sanguinis vtriusq; affluxu, tumefit & distēditur. At post partum non amplius affluente tanta copia, ad pristinum statum redit.

VTERI IN PARTES *dissimilares diuisio.*

DIuiditur Vterus, in *a* superiorem partem seu Fundum iuxta vmbilicum, Os interius, Ceruicem seu canalem, & Sinum pudoris.

Fundus *b* vteri superior & latior pars est, Vesicæ fundo incumbens, qui licet cauitatem vnicam *c* habeat, cum nullæ insint Cellulæ, in *d* dextram tamen (in qua mares) & sinistram (in qua femellæ concipi dicuntur) beneficio lineæ, vt in scroto fit, diuidi solet: rarissimū enim est, muliebrem vterum, vt in brutis, bipartiri. In Cauitatem hanc semen recipitur, fœtus generatur, nutritur, augetur, & viuit. Hic enim vnicus hac facultate prędıtus est, vt animam naturalem in semine latitantem, ad Hominis generatiónem excitari possit.

Vtrinq; ad fundi latera, processus seu angulus vnus ad vtraque *e* Ilia emittitur, potissimum intrinsecus, si eum medium disseces, conspicitur, quos Cornua vocarunt, quod erumpentibus *f* cornubus

a de diss. vulu. 2.

b πυθμένα: & Sinus κόλπος Hip. de nat. puer. & Galeno 14. vs. part. 3. & 15. eiusd. 3. rarius κύτος seu cauitas 14. vs. part. 3. & 4.

c de diss. vulu. 3. Vulua porcina anfractuosa sinuosaq; (& 14. vs. par. 4. sinuum numerus mamillis æqualis) est, & in sinibus fœtus gestat: mulier autem & cætera animalia, quæ vuluam sicut mulier habent, vt capra & vacca, non in Cornibus, quia minora sunt, sed in vteri cauitate fœtum habēt: vid. 14 vs part. 4. Septem cellulas in Vtero dixit Mundinus, secutus auctorē Anatomiæ paruæ quæ Galeno adscribitur: secuti sunt Theologi scholastici, Alb. Magnus, Michael Scotus, Gentilis, Nicolus & Bonachiolus.

d 14. vs. part. 4. & Hipp. 5. Aph. 48. Fœtus mares in dextra vteri parte. fœminæ magis in sinistra gestantur, & 14. vs. part. 7. vt plurimum Masculus in dextra, fœmina in sinistra matrice inuenitur. Ar. 1. gen. anim. 3. vteri omniū bipartiti sunt. e *de diss. vulu. 3.* f *Sic loquutus Diocles & cum eo Galenus qui de dissect. vulu. 2. & 8. & 14. vs. part. 11. κεραίας ἀπὸ τοῦ κέρατος dici ait: κέρατα etiam vocant Hippoc. de super-*

sint similes, in quos semen *g* muliebre, cum in eos Vasa eiaculatoria inserantur, excernitur: quorum vsus est, Vterum capaciorem reddere.

h Os interius seu Vteri Orificium, ceruicisve *i* foramen, meatus est angustissimus, ne quid noxij Vteri cauitatem subeat; oblongum est, transuersum quasi literam θ seu os catelli referens: per quod Vterus maris semen allicit, eoque concepto ita clauditur, vt ne acum, *k* vel specilli aciem admittat, præterquam in superfætatione, vbi recludi necesse est, & quando semen reijciunt: cum Menses in non grauidis, humorésve vitiosi repurgantur, vt in muliebri *l* profluuio, vel vbi vitiosi conceptus reijciuntur, reseratur, & vbi fœtus excluditur, ad eius magnitudinem (quod *m* mirari possumus, intelligere non possumus) cedit.

n Ceruix seu Collum vteri, canalis est vt plurimum *o* digitos vndecim longus,

fœt. & Arist. 3. hist. 1. at Herophilus dimidiati circuli reuolutioni aßimilat. Eudemo πλεκτάνοι, cirri. Praxagoræ et Philotimo κόλπους sinus: vnde mulierum vuluam bisinuatã, aliorum animalium quæ multiplicata sunt, multisinuata dixerunt. Gal. loc. cit. & 14 vs. part. 11.
g *Semen in Cornua Galeno, Vesalio, Columbo: in vteri sinum iuxta ceruicem Vesicæ, Herophilo, Piccolhomineo: in vtrumq; Laurentio. Fallopio ex communi sententia, qui & Tubam proponit, nil cõmunionis cum testib. habentem, sed ab vtero ortam eius fuligines in abdominis cauitatem extrudentem.* h *Hipp. 5. aph. 51.* στόμα τῶν ὑστερίων *vel* τῶν μητρέων. *Gal. 14. vs. part. 3.* τὸ ἐντὸς στόμον τοῦ αὐχένος *ceruicis interius orificiũ.* i *de hoc de diss. vul. 7. Fallopius in obs. vult Galenũ ceruicem appellasse.* k *Hipp. 5. aph. 51. Quæ vtero gerunt ijs vteri os comprimitur. & Galen. in com. si os vteri claudatur conceptionis indicium & 14. vs. part. 3. à conceptu vsq; ad tempus partus ita occlusum os vteri, vt ne quidem apex alicuius acus indi poßit. sic & 15. vs. part. 7. & de diss. vulu. 7.* l *Galen. 6. loc. aff. 5.* m *15. vs. part. 7. vbi sapientiam & potentiam artificis qui nos conformauit agnoscere nos debere monet.* n *de diss. vul. 7. Fallopius vult sinum seu pudendum muliebre dici 14. vs. part. 3.* τῶν ὑστερῶν αὐχὴν εἰς τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον τελευτᾷ, *matricum collum in pudendum muliebre desinit, nonnunquam &* τράχηλον, *vt 6. loc. aff. 5. &* στόμαχος *14. vs. part. 13. & Hipp. 1. morb. mulieb.* o *de diss. vulu. 2.*

gus, ab interno ore ad os externum seu pudendum latus, vaginę instar virile mē brum recipiens. Cuius substantia *p* musculosa, carne dura & neruosa constans (quæ in dies durior & cartilaginosior fit, ita vt quę sæpè conceperint, vel vetulæ sunt, duram admodum, & cartilagineam habeant) vt dilatari & contrahi possit, in qua *q*

Rugæ complures, orbiculares (per quas venæ feruntur) quæ in Iuuencis læuiores & arctiores, ita vt ceruicis latera conniueant, ex quarum primo attritu, sunt qui Venerem nondum expertis *r* sanguinem emanare volunt; in adultis verò, ob partium crebrum attritum, callosiores fiunt. Vsus colli, membrum virile recipere, vt Mulieris partes ad seminis effusionem excitet, & suum in id effundat. Verum collum matricis, quando nec semen intrò fertur, nec fœtus excluditur, *s* contortum atq; obliquum est.

In huius fine immediatè supra vesicæ collum in virginibus Hymen *t* seu Virginitatis claustrum, quod membranam tenuem esse dicunt, quę Venulis sit con-

p *de diß. vulu.7. & 14. vs. part.7.*

q *14. vs. part.3.*

r *Fernelius ex Auicenna 21. tertij c.1. & Rhasis.1. ad Almāsor.6. Et Soranus lib. de vtero.*

s *de diss. vulu.7. 14. vs. par.3.*

t *Hymen nunquam reperiri statuūt Auic. Rhasis, Fernelius: alij reperiri semper, vt Fallopius ex Auerrhoe.1. collect. qui Venulas facere pāniculū in Ore matricis dicit: alij reperiri aliquādo, aliquādo nō, vt Colūbus: nunquam vidit Laurentius. De hymene variæ sunt opiniones: credūt aliqui esse mēbranam transuersim sitam nunc in extremitate, nunc in medio colli vteri. In has alij volunt plura esse foramina quemadmodum in cribro per quæ vrina tanquam per plures tubulos emittatur: alij in medio vnicum foramen statuunt, ad quam vasa ferantur quæ in primo coitu dißrumpantur, vnde in omnibus sanguinis fluxum fieri debere contendunt, sed malè. Alij nullam membranam, sed latera sinus vteri adhærescere, in cuius distensione vasa rumpantur, vnde sanguis emanare soleat. Videtur Galenus de dissect. vuluæ 2. meminisse his verbis: pudendum muliebre extrinsecus pelliculam quandam innatam habet virorum præputio correspondentem: sed hac de re consule Seuerini Pinæi libellum de notis virginitatis, in quo diligentißimè hæc pertractantur.*

ſperſa & per tráſuerſum ſita, quæ in medio perforata, vt Mẽſes effluere poſſint, & primo cõcubitu, vnde ſanguinis profuſio, quãuis & ab aliis cauſſis fieri poſſit, diſrũpi ſoleat. Ad Ceruicis finẽ parte anteriore, Veſicæ vrinariæ ductus cõſpicitur.

u de diſſect. vulu. 7. αἰδοῖον γυναικεῖον. quibuſdam Vulua.
x 14. vſ. part. 6.

Pudendum *u* muliebre, orificiúmve exterius vltima pars eſt, vteri colli ſeu ceruicis finis, veluti *x* cutanea quædam epiphyſis, vbi partes plurimæ etiam citra diſſectionem conſpiciuntur. In colli extremo extrinſecus Carunculę aut carnoſitates, verrucis ſimiles, extuberantes, conſpiciuntur, quæ ad partium internarum tutelam, & ad voluptatem, faciunt.

y lib. 3. fen. 21. circa finem.
z Albucaſi lib. 2. cap. 71. & Fallopio.
a Ruffo & Polluci.

Mox in apice inter rugas carnoſas, particula quædam Albathara, id eſt, Virga *y* Auicenæ: Tentigo, *z* Albucaſi: κλειτορὶς *a* Græcis, dulcedo amoris Columbo, propriè virga muliebris, quod virili membro reſpondeat, occurrit. Conſtat enim ex corporibus duobus neruoſis ſpongioſis, vt ſpiritu affluente extendi, diſſipato flacceſcere poſſit: cuius origo ab vtroq; pubis oſſe, cui vtrinque ad latus Muſculus paruus adiicitur. Huius caput Tentigo *b* propriè, quòd veluti præputio quodã (cute tenuiſſima, ex Nympharum coniunctione) tegitur, & foramen habet, non tamen peruium: per eius dorſum vaſa feruntur, non ſecus ac per penem viri.

b Iuuenal. Satyr. 6. clauſit adhuc ardens rigidæ tentigine vulua.

Cuius

Cuius vſus, qui & frenuli in pene, vt fricatus imaginandi facultatem ad ſeminis profuſionem excitet: aliquando ita excreſcit, vt extra rimam penis inſtar propendeat, eoq; mulieres abutũtur, *c* cum alijs ac ſi viri eſſent coëuntes, vt refert Leo Africanus, de fricantibus in Africa, & Martialis in Tribadum *d* hiſtoria: cuius nomine aliqui hanc particulam, contemptum virorum vocitant.

Mox duæ Membranæ latiores, quas *e* νύμφας & *f* Alas vocant, occurrũt: quæ partim carnoſæ, partim membranoſæ molles & fungoſæ exiſtunt: & ne Vterũ aër frigidus, aut quid noxij ſubeat, impediunt.

Tandem Labia *g* duo orificij externi, quod Vuluam vocant, rimam conſtituunt, quæ cuticulis rugoſis conſtant, cuius extuberantiæ Monticuli dicuntur, & Mons Veneris, qui in maturis pilis decorantur, & hæc pars propriè Pudendũ muliebre dicitur.

Quod ſi verò in demonſtratione Vteri à partibus externis ordiri lubeat, hac methodo, ſed beneficio ſpecilli vterini, progrediendum erit. Regio oſſis pubis: pili in pube: Mons Veneris, vel Monticuli, in quibus pili: Labia duo, quæ rimam oſve *h* exterius conſtituunt: rimæ duæ minores inter Nymphas: Nymphæ duæ: Tentigo, quæ caput eſt Clitoridis, cum ſuo præputio & foramine: Clitori-

c *de duabus Turcis Theſſaloni. refert Amatus.*

d *Tribodes Cœlio Aureliano: ſubigatrices à Plauto.*

e *15. vſ. part. 3.*

f *πτερύγια Sorano, hæ apud Aegyptios virginibus proximè nupturis amputabãtur, referente Galeno in introd. apud quos ita excreſcebant vt extra labra pudendi propenderent.*

g *κρυμνὰ Hipp. de locis in homine. Incolæ Pegu, puellis infantib. filo labia hæc conſuunt, ad vſum naturæ duntaxat relicto exiguo foramine: poſtmodum ſponſus membrum reſecari ſuo arbitrio curat, vnguento ſeu oleo ad medelam vulneri infuſo. Linſcotus. ca. 17. Idem refert Rodericus à Caſtro lib. 1. ca. 3. in fœlici Arabia nõ procul à regione precioſi Ioãnis iuxta vrbem Babel melec, reperiri, qui filiolarum vuluas conſuant.*

h *Galeno dicitur ςόμα τȣ̃ τραχήλȣ 15. vſ. part. 3. Nym-*

phæ tegit colli orificium quod ad muliebre pudendum pertingit.

dis corpora duo neruoſa, cauernoſa, eiusque Muſculi duo laterales: foramen ceruicis veſicæ, inſtar valuulæ carnoſæ: Carunculæ verrucis ſimiles: Canalis ſeu collum vteri ex plurimis rugis circularibus conſtans: Hymen: Os vteri, interius durum & aſperum (hæc omnia ſine inciſione: at quæ ſequuntur per inciſionem conſpiciuntur) Fundũ & corpus Vteri cellulis carens: Cornua ipſius: Ligamenta quibus ſuſtinetur: Vaſa iaculatoria: Teſticuli: Corpora varicoſa: Vaſa ſeminaria. Hactenus Ventris infimi vtriuſq; ſexus hiſtoria.

Qualis verò ſit Hermaphrodytorum ſeu Androgynorum conſtitutio, peculiari libro, in quo ipſorum naturam explicabimus, agemus.



SECVNDVS VENTER SEV a THORAX.



Thorax *b* propriè *c* pars ea est, quę clauiculis & *d* costis vndiq; circumscribitur, & Diaphragmate à ventre infimo separatur, vt Vitalium *e* partium sit domicilium: qui neque *f* osseus totus, vt Caluaria, quo moueri possit: neque carneus totus, vt venter Infimus, ne omnia concidãt & misceantur. Quare vt simul spacium intus esset, & simul totum instrumentum moueretur, Musculi ossibus alternatim fuêre interpositi, quod & ad Cordis & Pulmonum securitatem plurimùm facit: quare Thorax *g* Musculis mouetur & ossibus dearticulatur.

Diuiditur in *h* partem anteriorẽ, quæ *i* στέρνον, & Pectus: laterales, quæ Latera: & posteriorem, quæ Dorsum dicitur.

Huius partes sunt, aliæ Continentes, aliæ Contentæ.

Continentes, vel sunt cõmunes, Cuticula, Cutis, Pinguedo cum sua membrana, Panniculus carnosus & Membrana musculorum propria, de quibus suprà: vel proprię, hæque vel sunt Molles, vel Duræ. Molles aut partes carnosæ, hæque vel propriæ, vt Musculi, vel im-

a *de Thorace qui Græcis θώραξ, ἀπὸ τοῦ θωρῶ, id est, salio, à perpetuo cordis motu egit Gal. 6. vs. par. 2. & 7. vs. part. 20. 21. 8. ad. anat. 1. de eius origine 13. vs. part. 6. Arist. 1. hist. 7. & 12. 4. part. an. 12.*

b *Hipp. Thoracis nomine truncum, seu medium & infimum Ventrem intellexit, vt videre est, lib. de arte: Plato in Timæo: Arist. 1. hist. 7. 4. par. 10. Aegyptij, Rufus, Pollux.*

c *Hippoc. de resect. corp. χέλυν testudinem appellauit.*

d *6. vs. par. 2. Thorax est quod à costis cõprehenditur. 8. ad. an. 1.*

e *partium spiritalium, πνευματικὰ ὄργανα sunt pulmo, cor & thorax, & arteriarum genus duplex, maxima & aspera 7. ad. anat. 1. & 8. eius. 1.*

f *7. vs. part. 21.*

g *de caußis respirationis Gal.*

h *Ar. 1. hist. 12.*

i *7. vs. part. 22. cur pectus homini latũ, brutis verò acutũ vide 14. vs. p. 11. Ar. 4. par. 10. στῆθος Hipp. 2. de morb. in coacis. Ar. 2. hist. 11.*

propriæ, vt Corpora Mammarum, quæ ratione ſexus differũt: vt Pleura & Mediaſtinum. Duræ, vel oſſa, vel Cartilagines.

a MAMMÆ VIRORVM.

MAmmæ in pectoris medio (cum eo *b* loci in mulieribus facillimè ſimul & citiſſimè lactis copia pfectè, propter Cordis viciniam, cui calor inſitus, elaborari poſſit (quod ſpatij *c* laxitas permittat, & ea pars carnoſa ſit, primo brachij muſculo pectorali dicto, innixæ, duæ ſunt, quoniam partes duæ, dextra & ſiniſtra: quæ in Maribus, non vt *d* in fœminis, attolluntur, & imperfectę ſunt, cum lac procreare non debeant (etſi aliquádo humorem *e* lacti ſimilem in ijs genitum obſeruauerimus) quare glandulas vix obtinent, ſed ex cute & Papillis componũtur: at cutis cum ſubiecta pinguedine, quæ in pinguioribus circa papillas copioſior, quam alibi ferè in pectore, in obeſis mammas prominẽtes & etiam dependentes conſtituunt.

f Papillæ in harum medio extuberát, ſubſtantia nonnihil fungoſa, quæ etiam perforatæ, vt ex earum compreſſione humiditas aliquando exſudet. Quarum fortè vſus, vt ſint centrum, in quod Neruorum à quinto dorſi pari (vnde exquiſitus illarum ſenſus) & Venarum fines, deſinant

Venas, Arterias, & Neruos habent, quem-

a *Situm & vſum Ar.4.par.10.habet, eumq; variũ in brutis oſtendit 2.hiſt.1. quibus animalibus denegatæ ſint 2.hiſt. 13.& cur aues careãt 4.part.11.*

b *7.vſ.part.22.*

c *Ariſt.4.part.10.*

d *7.vſ.part.22.Hipp. de glandulis, mulieres lac habent, viri minimè.*

e *Ariſt.1.hiſt.12.in maribus etiam lac fieri poſſe ſcribit, quibus caro ſpiſſa, mulieribus fungoſa & foraminulenta: teſtantur quoq; Albertus & Auicenna. Cardan.de ſubtil.teſtatur ſe vidiſſe virum 34.annorum, ex cuius mammis tantum lactis profluxerit, vt infantem ferè alere poſſet. Qui nouũ orbem luſtrarunt, narrant, viros pene omnes maximam lactis copiam habere.*

f *Ariſt.2.hiſt.1.Papillarum differentiã explicat.*

quemadmodum & Mulierum mammæ, ad nutritionem, vitam, & sensum. Vsus in Viris, ad *g* cordis tutelam videtur.

g *Arist. 4. part. 10; Gal. 7. vs. part. 22. ex mammis Cordi tegumentum accedit.*

MAMMÆ *a* MVLIERVM.

Mammæ *b* in Mulieribus etiam binæ, *c* vt vtero, qui quasi bipartitus videtur, subseruiant; duriusculæ, spatio *d* interposito distermina-tæ, quæ in Virginibus iunioribus etiam imperfectæ sunt, cum præter papillas vix quicquam appareat, at sensim *e* malorũ figurâ excrescunt, & semiglobos referunt: Mulieribus verò, præsertim pinguibus, & vtero gerentibus, magis turgent, & cum vtero augentur; quibusdã propter insignem molem dependent, in effœtis flaccescentes propendent, ita vt in extremo senio, glandulæ, remanentibus tantùm papillis, cũ pinguedine absumantur.

Harum partes alię externæ, alię internæ: extrinsecus enim partes continentes communes inuestiunt; at in medio

Papilla *f* existit, fungosa, substantia simili ipsius penis capiti, vnde ex contactu & suctione erigi & flaccescere potest. Verùm in Virginibus leuiter prominent, & fragæ *g* instar rubent, in lactantibus verò, ex fœtus suctione magis prominent & liuent: in effœtis oblongę nigricant: cuius vsus, vt infans labijs tãquam mammarum canalem comprehendat, & lac exsugat. Verùm ipsi pa-

a *De harũ situ, caussa situs, numero & partibus, Gal. 7. vs. part. 22. & 14. eiusd. 4. Arist. 2. hist. & 4. part. 10.*

b *communiter Hipp. de nat. hom. de gland. 6. Epid* μαζοὶ, *Ar.* μαστοὶ, ἀ μαστεύω *quæro, cum in illis infantes lac quærant; Galeno* τίτθαι ϗ μαστοί.

c *14. vs. part. 4. Vnde Hipp. 5. aph. 38. Mulieri geminos in vtero gerenti si mammarum altera gracilescat, alterum abortit, & si dextra gracilescat, marem: si sinistra, fœminam.*

d *Arist. 4. part. 10.*

e *vnde* μῆλα *Aristophani.*

f *quod papularum sit similis, Paulo apud Festum:* θηλὴ, *παρὰ τὸ* θάλλειν *Platoni in Cratylo, quod faciat* τιθηνεῖν.

g *7. vs. part. 22.*

pillæ circulus, circumijcitur, qui Areol *h* dicitur, & in Virginibus pallet, in gra uidis *i* & lactantibus fuscus, in vetulis ni ger est.

h φῶς Hippocrati.

i Hippoc. ex papillarum colore, vteri affectus cognosci posse censuit: 6. epid. sect. 5. si mammarum papillæ & quod in ijs rubet, pallescat, morbosum est ἀγγεῖον siue conceptaculum.

Internæ sunt Membrana, Glandulæ Pinguedo, & Vasa.

Membrana, quę substantiam ipsarun glandulosam succingit, & Musculis sub stratis nectit, inter quam & cutim, glan dulæ & pinguedo, disseminantur, qua duo propriè Mammillas constituunt. Glandulæ *k* plures sunt,

k Hippoc. de gland. Glandulæ in pectoribus mammæ vocantur, & attolluntur, & lac faciunt.

Quarum vna maior, sub papilla sita, quam reliquæ paruæ thoracis musculis adhærentes, ambiunt, & vasis interijciũ tur, quo sanguis in venis & arterijs prius confectus, in lac, quod *l* vtilis alimenti est superfluum, conuertatur. Hæ in virginibus duræ, in grauidis, potissimũ verò lactantibus, cum lacte turgeant, magis tument: effœtis flaccescunt & absumuntur.

l 7. vs. part. 22.

Pinguedo verò & glandulis & vasis circumfusa, calorem fouet, Mammasq; æquales reddit.

m Vasa: sunt Venæ duplices, externæ, cutaneæ ab Axillari & Humorariæ ramo, quæ sæpè liuidæ apparent, potissimum in grauidis & lactantibus. Internæ (quæ non à Caua ad diaphragma oriuntur, sed longo itinere feruntur, quo in ijs sit sanguis plurimum percoctus) sunt Mammariæ duplices, ascendens altera,

m de vasis his, Gal. 7. vs. part. 22.

era, altera deſcendens, vt Mammis
m Vtero conſenſus ſit, cum hæc per
ſa coniungi neceſſe ſit, vt quando
n vtero fœtus augetur, illi ſoli Venæ
mmunes ex vtriſque alimentum ef-
ndant: quando natus fuerit, *o* Mam-
s rurſum alimentum totum affluat:
are Lac germanum Menſtruo dixit
ppocrates: hinc non eodem *p* tempo-
rectè mulier menſtruis laborat, &
nul lactare poteſt.

n *de conſenſu mammarũ cum vtero 14, vſ. part.8, egit.*

o *Hippoc, de gland, ab vtero accedit ad mammas lac.*

p *ſunt quib. ad quartum Menſem conceptus, fluunt Mẽſtrua; ſic quibuſdã etiam ſi lactent fluũt: communiter autem res ſe habet, vt dictum eſt,*

Aſcendens per rectos muſculos fer-
, de qua ſuprà: altera deſcendens à
nco Venæ Axillaris, vtrinque com-
uniter vna enata, ſub oſſe pectoris de-
tur, ramulis per coſtarum interualla,
mammarum glandulas, miſſis, vt La-
s materiam in lactantibus deferant, &
Mammillas nutriant: per glandulas e-
n Venarum plexus infiniti feruntur,
ibus facultas lac generandi inſidet.

q Arteriæ quoque ſunt Mammariæ
ernæ, à trunco ſuperiore Arteriæ ma-
æ enatæ, quæ venas comitantur.

q *de his dubitat Veſal. aſſerunt Columb, & Fallop.*

Neruos habent, qui partim per cutim,
tim ad papillã ſenſus gratia feruntur.

Vſus Mammarum proprius in fœmi-
, vt *r* cibum ſuis paruulis recondant,
vt in ijs lac generetur, quo fœtus qui
us in Vtero ſanguine materno aleba-
r, in lucem editus, alimento *ſ* benigno
cibo exactè confecto nutriatur, cum
tim cibo ſolidiore vti non poſſit, ma-

r *Ariſt. 4. part. 10,*

s *14. vſ. part. 4.*

ximè cum lac ad sanguinis naturá proximè accedat. Secundariò tamen & Cordis quoddam sunt propugnaculum & tegumentum, vt quæ ab eo *t* calefactæ fuere, ipsum recalefaciant: potissimum in mulieribus, cũ in magnam molem extuberent: in quibus etiam, cũ Viris frigidiores sint, viscera hypochondrijs subiecta calidiora redduntur. *u*.

t 7. *vs. part.* 22.

u *Hipp. lib. de glād. quartū vsum agnouit, vt excrementitiū humorem excipiant.*

MVSCVLI MEDII *Ventris.*

MVsculi medium Ventrem occupantes, qui & Thoracem parte anteriore, & latera, & dorsum parte posteriore integunt, duplices sunt: vel enim Costis incumbunt, eisque adnascũtur, vel ipsis intertexuntur, licet non omnes, *a* Thoracis motui inseruiant. Illi enim, etsi à Thorace ortum ducant, vel alias partes, vel Thoracem, cui proprij sunt, mouent: qui vel anterius, vel posterius siti. *Parte anteriore tres vtrinq;.*

a 8. *ad. anat.* 1.

1. Pectoralis, seu primus *b* brachij Musculus.
2. Serratus maior, seu Thoracis *c* secundus, qui potissimum latus occupat.
3. Serratus minor, vel *d* scapulę primus.

b *Vesal. Columb. & Fallopio primus.*
c *Vesal. Columb. Fall. at Syluio Scapulam antrorsum mouet.*
d *Vesal. Fallop. scapulæ* 1. *Columb.* 2.

Parte posteriore, vtrinq; decem.

1. Cucullaris, seu *e* scapulæ secundus.
2. Latissimi, vel tertij Musculi ipsius *f* brachij pars.

e *Vesal. Fallop. scap.* 2. *Columb.* 1.

f *Vesal. Fallop. Columb brachij* 4.

3. Rhomboides vel *g* Scapulæ tertius, sub Cucullari situs. g *Vesal. Col. Fall.* 4.

4. Serratus posticus superior, vel Thoracis *h* quartus. h *Vesal. Col. Fall.* 3.

5. Serratus posticus inferior, vel Thoracis *i* quintus, sub latissimo situs. i *Ves. Fall.* 5. *Col.* 4.

6. Sacrolumbus, seu Thoracis *k* sextus. k *Ves. Fall.* 4. *Col.* 5.

7. Longissimus musculus *l* qui dorsi secundus est. l *Vesal.* 6. *Col. dorsi* 2. *Syluio lumborum* 2.

8. Semispinatus seu dorsi *m* quartus. m *Ves.* 8. *Col.* 4.

9. Splenius, seu capitis *n* primus sub Serrato postico superiore. n *Vesal. Col. Fall.* 1.

10. Complexus seu Secundus *o* capitis: de quibus omnibus suo loco. o *Vesal. Col. Fall.* 2.

Interius vnus est triágularis, qui thoracis sextus est.

COLLI PARTES.

COllum *a* à colendo, quia ornari consueuit, medium inter caput & thoracem, huius & pulmonum *b* gratia creatũ & propter vocis *c* modulationem oblongum: cuius pars alia anterior, alia posterior, quæ Ceruix propriè dicitur, aliæ laterales. Huius partes sunt continentes & contentæ. Continentes vel communes, cuticula, cutis, pinguedo, panniculꝰ carnosus & musculorum membrana: vel propriæ, Musculi scilicet, & Ossa: dein contentæ.

a *αὐχὴν Aristot.* *τράχηλος, Gal.*

b *quare pisces cum pulmone careant, carent & collo.* 8. *vsu. part.* 1.

c 8. *vsu part.* 1. *mutæ sunt, ait, ea animalia, quibus collum deest.*

Musculorum alij parte posteriore, alij anteriore siti sunt: parte posteriore sibi inuicem sequentes, incumbunt.

d Galen. qui in duo diuisit, & Syl. Trapezius: Vesal. Fallop. 2. Columb. 1.
e Vesal. Col. Fallop. 3.
f primum par musc. capitis, Ves. Col. Fall.
g secundum par Ves. Columb. Fallop.
h Ves. Colum. Fallop.
i quintum par Ves. Fallop. sextum Col.
k sextum par Vesal. Fall. quintum Colũb.
l Vesal. Columb. Fall.
m tertium par ceruicis, Columb. tertium dorsi, Vesal.
n secundum ceruicis, Columb. 2. dorsi Ves. thoracis 8. Fallop.
o quartum ceruicis, Columb. dorsum mouentium 7. Vesal.
p Ves. Columb. Fall.
q quartum par Syl. primum, Ves. Colũb. Fallop.
r secundum par Syl. quartum, Ves. Fallop.
s tertium par Vesal.

1. Cucullaris seu scapulę *d* secũdi pa[r] superior, ab occipitio descendens.

2. Leuator seu scapulæ *e* quartus qui ad latera magis situs est.

3. Splenius siue capitis *f* primus.

4. Complexus vel capitis *g* secun[-]dus.

5. Recti maiores seu capitis par *h* ter[-]tium.

6. Obliqui superiores, siue capiti[s] *i* par quintum.

7. Obliqui inferiores, vel capitis *k* par sextum.

8. Recti minores, seu capitis par *l* quartum.

9. Transuersalis, siue ceruicis *m* tertius.

10. Scalenus, seu ceruicis *n* secundus, qui ad latus est.

11. Spinatus, siue ceruicis *o* quartus.

Anterius verò, prætermissis ijs qui maxillę adnascuntur & sub mento sunt.

1. Quadratus, primus buccis & labijs communis.

2. Mastoides siue capitis *p* septimus à iugulo ad capitis latera.

3. Sternohyoidei, hyoidis ossis par primum asperæ arteriæ *q* incumbens.

4. Coracohyoidei, hyoidis par *r* quartum ad latera situm.

5. Oesophagiæi, vel communium laryngis par *s* tertium.

6. Lon-

6. Longi duo siue *t* ceruicis primi Ossa subijciuntur, Ceruicis scilicet vertebræ, medullam spinalem continentes.

Contentæ sunt, Venæ iugulares, externa & interna vtrinq; vna: Arteria Carotis vtrinq; vna. Neruus sexti paris, & recurrens neruus vtrinque vnus, quæ omnia colli latus occupant. Anterius verò, Aspera arteria & Oesophagus.

& Fallop. quintus muscul. Columb.
t *primum par ceruicis, Columb. primum par dorsi, Vesal.*

MVSCVLI *a* INTERcostales.

QVi verò Costis intertexuntur, & ossibus alternatim interponuntur, vt simul totus Thorax moueatur, Intercostales dicuntur, & vtrinq; *b* viginti duo sunt: *c* Externi vndecim, Interni totidem, cum inter duas costas, Musculi duo sint sibi incumbentes, *d* fibris ab vna costa ad aliam obliquè delatis, ijsque *d* contrarijs se intersecantes. Horum externi à costæ inferiore parte enati, obliquè alterius costæ parti superiori inseruntur, & ad Cartilagines finiunt. Interni verò contrario situ, non tantum Costarum, sed & Cartilaginum spatia implent, quod cõspicitur si sextus Thoracis musculus Triangularis dictus, qui sub sterno situs est, remoueatur.

Horum munus est, Volentib. Anatomicis, Thoracem *e* exactè dilatare & cõtrahere, quorum Externi costas adducendo, expirationem, Interni costas abducendo & thoracis cauitatẽ ampliorẽ

a *de his Gal. 7. vs. part. 20. & de dissect. muscul. 23. qui μεσόπλευροι dicuntur. 5. ad. an. 4. & 8. eiusd. 3.*
b *de diss. musc. 23.*
c *Vesalio, alij intercostales, alij intercartilaginei, hiq; vel Interni sex: vel Externi totidem: hos ex cõtrario fibrarum situ colligit: de quibus & Gal. de diss. musc. 23: & 6. vs. part. 20. Hos non agnoscimus, cum Intercostales interni & Costarũ ossearum & Cartilaginũ spatia impleant: quod enim fibræ diuersæ appareant, propter Triangularem seu. 6. Thoracis musculum subtensum, fit.*
d *Gal. loc. cit.*
e *de Causis Respir.*

reddendo, inſpirationem perficiunt, ſi vt eorum *f* quilibet ſuis fibris externis humiliorem coſtam ad ſuperiorem at-trahat. Verùm priorum duorum actio eſt, Thoracis partem ſupernam dilatare, extremorum verò, infernam partem cō-trahere.

f de diſſ. muſc. 12.

OSSA ET CARTILAGI- *nes medij Ventris.*

OSſa medij *a* Ventris ſunt, parte quidem anteriore, Sternum, ad cuius partem ſuperiorem Claui-culæ: partibus lateralibus, Coſtæ: parte poſteriore, Vertebræ, de quibus in fine hiſtoriæ Thoracis.

a de oßib. Thoracis Gal. libell. de oßib. 13.

CLAVICVLÆ.

CLauicula, *b* vtrinque vna eſt, quæ cū Sterno & Scapula, vtrinq; Cartilagi-ne, ad *c* claudendas partes, & ne ſcapula cū humero in pectus cadāt, cōmittitur. Verùm hæ in Mulieribus minus incur-uantur, & ſurſum eleuantur, idque po-tius pulchritudinis cauſſa, ne foueæ, quę in Viris ſupra pectus conſpiciuntur, in ipſis appareant.

b de oßib. 15. 13. vſu. part. 10. & 11. & 8. ad. anat. 1. κλεῖδες, alijs ligulæ, ap. Ar. 3. hiſt. 17. Gaza iugale vertit. & de ſpir. 7. vulgò os furculæ, & furcula ſuperior: quibus homo, ſimia, ſciurus, mus & echinus donantur.

c 13. vſu part. 10.

d STERNVM.

d de oßib. 13. explicatur.

STernum *e* ſeu Os pectoris coſtis *f* im-poſitum, licet os vnum videatur *g*, membranis tamen deraſis, plura eſſe apparet. Nam in adultioribus modò ex tribus, modò ex quatuor componi-tur, quorum ſuperius cæteris amplius & craſſius eſt, intrinſecus in medio ſinū exſcul-

e 7. vſ. part. 21. 7. ad. anat. 2. 8. ad. anat. 1. At quibuſdam à figura Xiphoides nominatur totum pectorale os, ex lib. de oßib. 13.

f Ariſt. 3. hiſt. 7.

g 8. ad. anat. 1. 7. vſ. part. 21.

exſculptum habens, vt aſperæ arteriæ deſcendẽti cedat: ibidem ſinus alij duo, ad clauicularum capita excipienda. In pueris ex *h* oſſibus ſeptem (quo ſingulis coſtis ſeptẽ, ſingula *i* pectoris oſſa reſpondeant) conſtat, quæ Cartilaginibus interiectis ligamenti inſtar per σύμφυσιν & συγχόνδρωσιν connectuntur: quibus coſtæ veræ per Cartilagines continuantur, vt ligamẽtis membranoſis, quibus Sternum *h* vndique tegitur, remotis, apparet: cuius cum coſtis idem vſus.

Ipſius fini apponitur Cartilago mobilis triangula, quæ in mucronem exacuitur, vnde *k* enſiformis & *l* mucronata dicitur, quę aliquando duplex, aliquãdo etiam ꝓpter venas mammarias perforata, eſtque *m* Ventriculi & Diaphragmatis propugnaculum: cui & Cauitas impreſſa, quæ antiquis *n* Cor, vulgo Cordis ſcrobiculus dicitur. Notandum, pectus in muliere propter Mammillas, depreſſius eſſe; in viris verò, magis eleuari.

COSTÆ. *a*

COſtæ tam in Viris quam Mulieribus communiter vtrinque *b* duodecim; rariſſimè plures, licet vtrinque *c* tredecim obſeruauerimus, adhuc rarius pauciores: illudque ob materiæ copiam, hoc verò ob inopiam, plures ſunt, quo faciliùs Thorax à muſculis moueatur.

h *de oßib.13.*
i *7. vſ. part21.*
k *χόνδρος ξιφοειδὴς, 6. vſ. part. 3. 7. vſ. part. 21. Arab. malum punicum ſeu granatum.*
l *7. ad. anat.2. oris ſtomachi.*
m *7. vſ. part. 21. hinc quibuſdam clypeus oris ſtomachi.*
n *καρδία ἢ προκάρδιον.*

a *de his lib. de oßib. 13. 8. ad. anat. 1. dicũtur πλευραὶ quod latera efforment. & σπάθαι, quod remorum in modum collocatæ ſint. Ariſt. 1. hiſt. 15.*
b *de oßib. 13. 8. ad. an. 1. 7. vſu. part. 21. At Ar. 1. hiſt. 15. vtrinque octonæ, & in hominibus gentis Turdulorum ſeptenæ dicuntur. In ſerpentib. ex 2. hiſt. 17. totidem, quot dies menſem integrum complent, ſingulis enim tricenæ.*
c *atque hæc ita raræ ſunt, vt inter mille vix vnum tali coſtarum numero inueniatur, 8. ad. anat. 1.*

Diuiduntur in veras & nothas. Veræ *d* septem sunt superiores, circulum perficientes, quæ vertebris dorsi, per *e* diarthrosin duplici modo, quo validius inhæreant, altiore ad vertebræ corpus, humiliore ad lateralem processum iunguntur: anterius sterno per Synarthrosin cartilaginibus articulantur.

Nothæ *f* sunt inferiores quinq; quæ molliores sunt, cum penè *g* Cartilagineæ sint, quo *h* ab iniurijs tutiores sint (hinc partes ossium prominentiores ex tali esse substantia satiùs fuit) quare in *i* Cartilaginem exquisitam finiunt, quæ etiam imperfectæ, quia solis vertebris nectuntur, octaua quidem & nona duplici articulo: vndecima verò ac duodecima, vno articulo: at decima modò duobus, modò simplici articulo copulatur, cum sternũ non attingant, quo Venter inferior ratione Ventriculi *k* & Vteri dilatari possint: sed & cum Diaphragmate & inter se connatæ sunt, ita tamen vt *l* duodecima, quæ inter eas minima, extra diaphragma abdominis musculo obliquo connascatur, nonnunquam tamen circumscriptionem proprij Musculi ipsum detrahentis habere conspicitur. Vnde cum singulæ, parte anteriore, cartilagines appendicum instar obtineant, fit vt cartilagines viginti quatuor etiam sint, quæ in viris ad extremam senectam cartilaginosæ existunt: at in Virginibus

post

d γνήσιαι, *geminæ.*
e *8. ad anat. 1.*
f μαλθακαί, χονδρώδεις,
g *8. ad. anat. 1.*
h *7. vs. part. 21.*
i *de ossib. 13. 8. ad. anat. 1.*
k *Arist. 2. part. 9. 4. part. 10.*
l *de diss. musc. 23.*

post mammarum auctionem primam, in ambitu ossescunt, quo mammarum ipsis incumbentium molem rectiùs sustineāt, ne ijs depressis Thoraci sint obstaculo.

Figura sunt semicirculares, quo thorax capacior sit. Lōgitudo omnibus non eadem, *m* superiores enim & inferiores breuiores, mediæ longiores.

Vsus, pectori esse firmamentum, ad *n* viscerum tutelam, vtq; Musculi respirationi inseruientes, implantentur & sustineantur.

DIAPHRAGMA. *a*

Diaphragma *b* seu Septum *c* transuersum, quod transuersim corpus nostrum diuidat, Musculus est sexagesimus quintus respirationi inseruiens, qui ab alijs omnibus *d* figura & actione differt, vnicus est, vtrique lateri communis: *e* figura rotunda, obliquè situs, à Thoracis vertebris infimis duabus portionibus carnosis exortus, toti Thoraci intrinsecus carnosiore sua *f* parte costis annexus, circumtenditur: substātia circumcirca carnosa, circa medium *g* tendinem ipsius neruosa, quo illæsus *h* varios motus sustineat.

Membrana *i* duplici, altera inferiore, à Peritonæo, altera superiore, à Pleura exorta, ad robur succingitur: quamuis tunicam propriam eamque tenuem obtineat, ita tamen vt foramina *k* duo, ha-

m *de oßib.13. 8. ad. anat. 1.*

n *Ar.2.part.9.*

a *de hoc Gal.5. vsu. part.15.7. eiusd.21.13. eiusd. 5.& 9. 5.ad. anat.5.& 8. item 8 ad. anat.1.& 2. de causis respir. 2. de motu musc.9. Arist.3.par. 10.1.hist.17.*

b *Plato primus* διάφραγμα ἀπὸ τοῦ διαφράττειν *à distinguendo appellauit, 5.loc.aff.4.*

c *Celso: præcordia Plinio:* διάζωμα καὶ φρένες *(Gaza præcordia reddit) Ar. 3.part. 10.1. hist. 17. quod in omnib. sanguine præditis sit, at in minutis præ tenuitate non æquè spectari, 2. hist.15. 4. part.1.*

d *13.vs.part.5.*

e *de huius figura vide 13.vs. part.5. alij Rhaiæ pisci aßimilant.*

f *Arist.3.part. 10.1. hist.17.*

g *Alijs caput, vt Gal.13.vs. part.5.*

h *Arist.1.hist.17. & 3.par.10. parte media tenui membraneaq; exilitate contextum.*

i *de causis respir. 7.vs.part.21. 5.ad.anat.8.* k *5.ad anat.8.*

beat, alteram à dextris, ad venæ cauæ aſcenſum: alterum *l* à ſiniſtris, vt Oeſophagus & duo Nerui, ad Ventriculum abeant, quibus tamen proximè & firmiſſime *k* membranæ connaſcuntur. Sic ad eius exortum, pro Arteriæ magnę & Venæ ἀζύγυ *k* deſcenſu, diuiſio conſpicitur.

m Venas habet, à Vena caua: Arterias, ab Arteria magna, phrenicas dictas, cum & ipſum *n* φρένας appellarit Hipp. *o* quod eo affecto mens ſenſusque perturbentur, & φρενῖτις, ſed non *p* vera fiat.

Nerui *q* duo ab infimis ceruicis vertebris (quod ei *r* peculiare, cum aliarum partiũ quæ ſub clauiculis, nullum à ſpinali medulla colli recipiat) ſublimes à Mediaſtino (ne lædantur) contẽti & ſtabiliti ad ipſum feruntur, qui per totam ipſius ſubſtantiam diſſeminantur.

ſ Vſus, Reſpirationis inuiolentæ ſeu liberæ *t* ſpirationis eſſe organum, quemadmodum violentæ organa ſunt Muſculi ſexaginta quatuor, qui circa Thoracẽ ſunt, eum exactè dilatantes, & conſtringentes. Fibris namque verſus vertebras retractis, expirationi inſeruit, pulmonesque *u* mouet: at laxatis, inſpiratio fit. Dein, vt hypochondria ventilet, cuius nomine inferioris Ventris reſpiratorium Hippocrates *x* appellauit: Tum *y* excremẽtorum & fœtus excluſionẽ, abdominis muſculos adiuuando, promouere. Tandem partes naturales à vitalibus, ſeu

Zigno-

l 4. *vſ. part. 14.*

m *Ariſt. 1. hiſt. 17.*
n *Ariſt. 3. part. 10. 1. hiſt. 17. Gal. 8. ad. anat. 1.*
o *de diſſ. muſc. 23. Hipp. de ſacrò morb. & 1. de morb. cui & διάφραξις lib. de virgin. morb.*
p *de hoc Hipp. 3: de morb. & in Coacis. aph. 55. Gal. 5. loc. 3.*
q *13. vſ. part. 5. & de cauſſ. reſpir.*
r *de cauſsis reſpir. 5. vſ. part. 15. & 7. eiuſd. 21.*
s *vſum, primus Galenus inuenit, 5. vſ. part. 15. 7. eiuſd. 21. quare Galeno tanquam primo inuentori gratias eſſe agẽdas, ait Auerrhoes.*
t *de cauſ. reſp. 4. vſu. part. 14. 5. loc. aff. 4.*
u *de ipſius motu agit 2. de motu muſcu. 9. de cauſ. reſpir.*
x *1. de morb. mulierum διαπνοῦν τῆς κάτω κοιλίης.*
y *inſtrumentũ excernendi ſuperflua 2. mot. muſc. 9.*

z ignobiliores à nobilioribus separare, ne vapores ab inferioribus elati, Cor lædant.

z Arist. 3. part. 10.

MEMBRANA *a* PLEVRA.

PLeura Membrana est à costis denominata, *b* quod eas (duodecima excepta) *c* succingat, substantia Peritonæo similis, tenuis, robusta, neruosa, toti *c* Thoraci subtensa, quæ à ligamentis vertebrarum Thoracis exorta creditur: estque *d* duplex, altera crassior, cuius superficies interna læuior, & veluti humore oblita: altera tenuior, Costarum *e* est Periostium: inter quas vasa Intercostalia, quo tutiora sint, feruntur.

Perforatur autem, vbi vasa intra vel extra Thoracem mittit. Sunt verò intercostalia vasa: venæ, à vena ἀζύγῳ & Intercostali superiore, ad nutritionem: Arteriæ, ab Arteria magna, ad vitam: Nerui, à Neruis vertebrarum Thoracis, ad sensum producti, qui ramulos à sexto pari ramo Stomachico, ad Costarum radices recipiunt.

Vsus, omnibus in Thorace contentis vt & musculis intercostalibus communẽ *f* Membranam largiri, ea omnia inuestire (vasis vehiculum quoddam ac veluti stabilimentum largiendo) & colligare: ac pulmonibus propugnaculi vicẽ præbere.

a de hac Gal. 7. vs. part. 21. 5. ad. anat. 8. 7. eiusd. 2. 8. eiusd. 10. & 5. loc. aff. 2.

b 7. ad. anat. 2.

c quare Gal. loc. cit. ὑπεζωκὼς dicitur & πλεύρας ὑπεζωκότος 7. vs. par. 21.

d 7. ad. anat. 2.

e tale quid Gal. de cõstitutione artis indicare videtur, morbi lateralis species subdiuidens.

f 5. ad anat. 8. 7. vs. part. 21.

MEDIASTINVM *a* SEV *interſepiens membrana.*

PLeura vbi ab exortu vtrinque ad ſterni *b* latera conſcendit, rurſus verſus Spinam principium ſuum repit, ita vt à medio pectore ad Spinam prorepat, inque duas *c* partes Thoracem diſtinguat, & *d* Mediaſtinũ, quod Pleura mollius, & Diaphragmati adhæret, conſtituit, cuius interuallum inſigne, varijs filamentis neruoſis intertexitur.

e Venulas & Arterias à Mammarijs quemadmodum à vena ἀζύγυ obtinet: & in homine à iugulo venam ſatis craſſam recipit, quæ ſecundum vtriuſque membranæ longitudinem cum neruo ad diaphragma deſcendit.

Vſus, viſcera ſuſpenſa tenere, & Thorace ac pulmonibus per *f* medium diuiſis, parte vna lęſa, alteram illæſam conſeruare: vt magno *g* vulnerę in alterutram partem accepto, ſi eius partis reſpirationis munus perierit, altera pars incolumis, dimidium ſaltem actionis retineat.

a de hoc Gal. 6. vſ. part. 3. ex profeſſo. ad. anat. 8. & 7. eiuſd. 2.
b 7. ad. anat. 2.
c 6. vſ. part. 3.
d quaſi inter pulmones medium: ὑμὴν διαφράττον membrana interſepiens. 7. ad. anat. 2. de diß. ven. & art. 2.
e vide de diſſ. ven. 2.
f quare Gal. ὑμένες διαφράττοντες dicuntur.
g 6. vſ. part. 3.

PARTES IN THORACE *Contentæ.*

COntinentur in Thorace, Viſcera & Vaſa. Viſcera, Cor pericardio intectum & Pulmo: Vaſa, Venæ cauæ, & Arteriæ magnæ rami in iugulo Thymo glandoſo ſuffulti. Nerui, vel à medulla quæ in vertebris Thoracis continetur,

tinetur, à qua Intercoſtales nerui prodeunt: vel à medulla cerebri in cranio contenta, à qua ſextum par, à quo Coſtalis, Stomachicus, & Recurrens, tam dexter quam ſiniſter, ortum ducunt, & tandem Aſperæ arteriæ & Oeſophagi pars.

THYMVS.

THymus *a* in Thoracis ſumma parte, iuxta iugulum ſterno ſubiectũ, corpus eſt glandulosum, molle, ſpongioſum, quod diuiſionibus vaſorũ, ſecuritatis cauſſa, & ne Vena caua ab oſſis attactu lædatur, ſubſternitur. Venulas prætenues, à Vena caua recipit.

PERICARDIVM. *b*

PEricardium ſeu Cordis inuolucrũ, membrana *c* eſt Cor totum cooperiens, quæ Mediaſtino, à quo ſuſpẽſa tenetur, fibris plurimis anterius pleuræ, poſterius ſpinæ dorſi & diaphragmatis tẽdini, quod homini ob thoracis breuitatem peculiare eſt, pertinaciter adhæret.

Origo huius ad *d* baſin ampla, ex *e* vaſis cor egredientibus, ſubſtantia craſſa, nam vt poſitione inter duo contraria, ita corporis ſubſtantiam inter duo extrema mediam eſt adepta, tantò enim oſſe mollior, quantò pulmone durior: dura, ob continuum Cordis motum, extrinſecus fibroſa, intrinſecus lubrica vtrinque tamen omni adipe deſtituta, Cordis figu-

a *6.vſ.par. 4. θυμὸς inferius glandium 7. ad.anat.6, & 9. de diſſ. ven.2.& 9. magnum glandium 7. ad.anat.9. Hæc pars eſt quæ ex vitulis cõmendatur & à noſtris Lactes vocantur.*

b *de hoc Gal. 6. vſu. part.16. & 7.ad.ana. 3.& 6. ex profeſſo. Ariſt.3.hiſt.13. & 3. part.11.*

c *χιτῶνα, Tunica, & κολεὸς culeus, Hipp. de corde.*

d *6.vſ.part.16.*

e *7.ad.anat.6.*

ram referens, tantum à Corde distans, quantum eius *f* dilatationi & humori seroso contento opus est: si enim interuallum fuisset maius, thoracis amplitudini incommodasset. Continuum, preterquam in basi, vbi foraminibus quinq; peruium est, propter venæ cauæ introitũ & exitum: venæ item arteriosæ, arteriæ venosæ & arteriæ magnæ exitum.

f *6. vs. part. 16. 7. ad. anat. 3.*

Venas paruas admodum habet *g* à phrenicis, & axillari ad nutritionem: Arterias exiguas, ad vitam: Neruos *h* exiguos à recurrente sinistro, ad sensum, recipit.

g *de diss. ven. 2.*

h *6. vs. part. 18.*

Vsus, Cor tanquam *i* domicilium quoddam vestire, & cum *k* membranarum sit robustissima, id tueri, ne in motu ossa tangendo, lædatur: dein, humorem serosum continere.

i *6. vs. part. 16.*
k *Arist. 3. part. 11.*

HVMOR IN *a* PERICARdio contentus.

a *De hoc humore Hipp. de corde. Gal. 5. loc. affect. 2.*
b *Hipp. hic humor passim ὕδωρ dicitur.*
c *5. loc. affect. 2.*

HIc *b* humor serosus vrinæ *c* speciem referens, minimè acris, partim ex vasis Cordis immittitur (Palpitatio n. ex copioso humore, sanguinis missione curatur) partim verò & potus aliqd roris modo eò penetrat, dũ bibẽdo veluti p asperę Arteriæ parietes, aliquid in Arterias venosas influit, quod exẽplo Hippocrateo ꝓbatur: *d* si porculo valdè sitienti, aquam minio mixtam exhibeas, statimque iugules, fauces, hoc colorato potu infectas, reperies. Hunc

d *Hipp. de Corde. Gal. 8. plac. 9.*

secun-

ſecundum naturam pro Cordis ſalute moderatum eſſe oportet, ne ex eius abſumptione, Tabes: vel ex eius nimia copia, Palpitatio cordis, & inde Mors, propter ſuffocationem, ſequatur. Hunc in omnibus viuentibus dari, viui Canis ſectio, huiusque humoris vſus, probat: in alijs tamen copioſior, & contra; minus etiam in nuper mortuis: in Hecticis verò, exiguus & flaueſcens.

Vſus, cor ne continuo motu torreatur, humectare & refrigerando ſanum *c* conſeruare: dein, vt Cor innatans, minus ſit graue, nullique parti impingat, quamuis & adipis concretioni vtilis ſit.

In Thoracis cauitate, communiter etiam ſimilis aqua cruore miſta obſeruatur, quò Thoracis partes madore perpetuo, ad caloris noſtri refrigerationem, oblinantur.

c *Hipp. de Corde.*

VENÆ CAVÆ TRVNCVS *per Thoracem.*

QVemadmodũ Venæ cauæ truncus *a* per Ventrem infimũ ferebatur, ſic Diaphragma penetrâs, per Thoracem alter truncus indiuiſus ad iugulum aſcendit, & ne ab oſſis duritie lædatur, tutiusq; diuidatur, Thymus ei ſubſternitur: â quo ante diuiſionem, venę quatuor prodeunt. *b*

1. Phrenica vel Diaphragmatica vtrinque vna, *b* per Diaphragma diſſeminata, ex qua nonnihil ad pericardiũ per-

a *Gal. lib. de vict. acut. com. 2. tex. 10. de ven. & art. ſect. 1. ſequutus Hippocratẽ, arboris trũco venam aßimilat, qui parte inferiore, in multas radices finditur, ſuperiore in numeroſam ramorum ſobolẽ diffunditur. Quæ in vẽtrem & inteſtina deferuntur Venæ, proportione radicib. reſpondent, quam verò cauam vocant, veluti truncus omnium, quæ in toto corpore ſparguntur, venarum: & cap. 2. caua à Iecore vtrinq; prolapſa, ſurſum per ſeptum trãſuerſum ad Cor attollitur, deorſum verò in Spinam dorſi contorquetur.*

b *de his. de ven. & art. diſſ. 2.*

tingit: aliquando infrà, aliquando supra ipsum prodiens. Mox Cauæ truncus pericardium perforans, ſiniſtrorſum modicè delatus, cordis ventriculo dextro foramine amplo, vbi prius Coronariam conſtituit, iungitur.

II. Coronaria cordis, ad auriculam dextram, cordis baſin coronæ inſtar cingit per ipſius ſuperficiẽ ramulis multis in totũ eius viſcus demiſſis: ad cuius exortũ, ne ex continuo motu cordis ſanguis in Truncũ refluat, Valuula appoſita eſt.

Hac conſtituta, pericardium denuo perforat, & vertebris non amplius innixa, per pulmonum mediam diuiſionem, ſurſum fertur & Venam ſine pari & Intercoſtalem ſuperiorem de ſe ſpargit.

III. Vena ἄζυγος ſeu ſine coniuge, eo quod communiter vnica ſit, dicta, *c* à dextris ſupra Cor truncum conſtituit, qui ad octo inferiorum coſtarum interſtitia, vtrinque ramos Intercoſtales mittit, qui cũ Venæ Thoracicæ inferioris ramis cõtinuantur: quare non ſemper dextri lateris Vena, in Pleuritide *d* incidenda. Ad coſtam verò octauam in duos ramos diuiditur, quorum maior ad ſiniſtram ſub Diaphragmatis diuiſione tranſiens, in Venam cauam iuxta Emulgentes, frequentius in Emulgentem abit: dexter verò vltimæ lumbari ſæpè implantatur: quare in Pleuritidis initio, vena poplitis ſecari poteſt: hinc & ipſi per vrinas ſępè expur-

c Gal. de diſſ. ven. 2. in plurimis animalib. ad ſiniſtras partes: at in Simijs in dextris partib. Obſeruauimus in ouibus à ſiniſtris: aliquãdo in homine vtrinq; notauimus.

d Venæ ſectio pleuriticorum triplex. 1. Græcorum, qui eiuſdem lateris: 2. Arabum, qui oppoſiti. 3. Veſalij, qui ſemper dextri lateris venam incidit. Verùm in principio oppoſiti lateris: poſt principium, eiuſdẽ lateris diuerſionis & euacuationis gratia, ſi dolor ad iugulum vergat: ſi verò ad Hypochondria, ſaphenam ſecandam cenſemus.

expurgantur: *e* nonnunquam etiam in Iliacum inſeritur.

IV. Intercoſtalis *f* ſuperior, vtrinq; vna, quando azygos non ad omnia coſtarũ interſtitia ramos miſit, tribus quatuórve ſuperiorum coſtarum ſpatijs ramos largitur.

Truncus dein ad iugulum vtrinq; diuiditur *g* in Ramum *h* Subclauium: ex quolibet Subclauio, Venæ aliæ à parte inferiore, aliæ à ſuperiore prodeunt. Ab inferiore, aliæ ante, aliæ poſt diuiſionem Subclauij: ante diuiſionem, rami ſeu venæ quatuor.

I. *i* Mammaria deſcendens, ſub pectoris oſſe delata, ad Xiphoidis latera emergens, cum vena Epigaſtrica, ſub muſculo recto per anaſtomoſin iungitur: at ſi Mammaria vnica fuerit, tum ex Venæ cauæ trunco medio oritur. *k*

II. Mediaſtina, quæ per totum Thymum & mediaſtinum diſſeminatur.

III. Ceruicalis, per vertebrarum ceruicis proceſſus laterales & foramina illis inſculpta tráſiens, muſculis vertebris incumbentibus ſoboles largita etiá medullæ ceruicis tribuit, ibiq; abſumitur. *l*

IV. Muſcula inferior, quæ aliquando à iugulari externa prodit, per Muſculos pectoris ſuperiores, & colli inferiores diſtribuitur.

Mox Subclauius thoracis cauitaté egreſſus, nomẽ mutat & Axillaris dicitur.

e *Amatus cent. 5. cur. 52. (ſecutus Holleriũ) ſcribit ſe Ferrariæ in 12. cadaueribus humanis & totidem brutorum, in huius venæ principio Valuulas quales ſunt ad vaſa cordis obſeruaſſe. Hoc ridêt Euſtachius & Carcanus.*

f *de rat. vict. acut. com. 2. tex. 10. & diſſ. ven. 2.*

g *non vt pingunt pleraq; Tabul. Anat. vtrinque in duos ramos, ſed vtrinq; in vnum, vt rectè pinxit Valuerda: & monuit Veſalius in fine libri 3. propoſita alia figura, cuius latus ſiniſtrum veritatem oſtendit.*

h *Axillarem vocãt Columb. & Fall.*

i *de hac de diſſ. ven. & art. 5. 7. vſ. par. 22.*

k *dextra è medio cauæ in iugulo, altera à ſiniſtro cauæ medio, diſſect. ven. 5.*

l *Veſal. voluit reliquum ceruicalis, cum coniuge arteria per peculiare foramen in occipitio caput ſubire & in membranæ duræ ſinum abſumi.*

Ab Axillari, antequam diuidatur, duę propagantur.

I. Scapularis interna, per muſculos Scapulæ internam partem obſidentes, diſtribuitur.

II. Scapularis externa, ad externam & gibbam partem progreditur.

Poſtmodum Axillaris in ramos duos abit, ſuperiorem ſeu Venam Cephalicam, & inferiorẽ ſeu Baſilicam, de vtraq; in brachij hiſtoria dicetur. A Baſilicæ trunco, venæ duæ exeunt.

I. Thoracica ſuperior, quę in cutim & muſculos pectoris, & in mulieribus ad mammas ramis frequentibus diſtribuitur.

II. Thoracica inferior, quæ totũ thoracis latus perreptat, & ſuis ramis cũ venæ ἀζύγυ ramis extra thoracem prodeuntibus per anaſtomoſes iungitur. Reliquũ vtrinque in Brachia, abit.

A Subclauij parte ſuperiore, *m* tres venę vtrinque exurgunt.

I. Muſcula ſuperior, quæ in cutem & muſculos ceruicis abſumitur.

Dein ad colli latera aſcendunt *n* Iugularis *o* externa & interna: ad quarum orificia valuulæ binæ ſunt, ſanguinis relapſum, ne partes ſuperiores alimento defraudentur, impedientes.

II. *p* Iugularis externa, rariùs duplex, ſub cute ſursũ lata, capitis partib. externis & faciei ſui lateris, ramulos tribuit, & vt

m *Syluius* c..m *ſuper claues emerſit, ſuperclauium vocat, à quo duæ iugulares prodeant.*

n *de diß. ven. & arter..7.*

o *de diſſ. ven. & art. 9. cum externis, ſiue duæ ſint, ſiue quatuor, nullæ arteriæ conſpiciuntur,*

p *σφαγύτιδες Gal. vict. rat. ac. cõ. 2. text. 10.*

vt plurimum ſub auris radice in ramum exteriorem & interiorem diuiditur.

III. Iugularis interna, *q* quæ in homine ob cerebri copiam maior *r* eſt, ad Aſperæ Arteriæ latus, cui ſurculos largitur, ad fauces conſcendens, iuxta caput bipartitur, & ramum maiorem per ſexti Nerui foramen in vas commune mittit: minorem verò per tertij & quarti Nerui foramen, vt in duram matrem abſumatur, immittit.

q quæ Apoplecticæ & Arabibus Guid & occulta. Andernacus nunc in eodem latere duas, tres, quatuor & plures interiores aſſerit.

r interior gracilior, exterior grandior, Veſal.

NERVI PER THORACEM *& Collum diſſeminati.*

NErui *a* Thoracis & Colli duplices ſunt, qui à Cerebri medulla prodeunt: alij quidem, dum medulla adhuc in cranio eſt, alij dum cranio elapſa in vertebris cōtinetur & Spinalis dicitur. Ex medulla dum adhuc eſt in Cranio, ſextum par educitur, quod per *b* foramen inter occiput & os temporale ſitum *c* egreditur, vt muſculis colli, laryngis & oſſis hyoidis, vbi cum ſeptimo pari iungitur, ramulos largiatur: mox inter venam Iugularem, arteriamq́; Carotidem, cum quibus membrana iungitur, ad Aſperæ arteriæ latus deſcendit, quo per vtrumque Ventrem diſſeminetur. At ſupra iugulum vtrinque in ramum, exteriorem maiorem, & interiorem minorem, diuiditur.

a 7. vſ. part. 14. & 15. de diſſect. neruor. 7. 10. & ſeq.

b de diſſ. neruor. 7.

c de huius diſtributione de diſſ. ven. 10.

Dextri nerui ramus exterior, ſub arteria Subclauia ſeu Axillari ramulos tres

(rarius enim vnico constat) transmittit, qui *d* reflexi & vniti Neruum Recurrentem dextrum constituunt, qui ascẽdens Asperæ arteriæ caput, cui adhæret, petit, eique cum sinistro inseritur,

d 7. vs. part. 15. eius qui fabricatus est animalia, sapientiam ac potentiam ne laudare quidem satis pro merito posse, testatur.

Recurrente seu vocali (quia his læsis *e* animali vox deficit) neruo constituto, sub iugulo oblique descendens, Pleuræ, Pulmonisque tunicę & Pericardio, postquam surculos largitus est,

e Si laqueo intercipias, mutum confestim reddetur animal. de diss. neruor. 10.

Stomachicum dextrum cõstituit, qui sub Oesophago cum sinistro iungitur, ac diaphragma penetrans ad sinistram in orificium sinistrum Ventriculi expanditur.

Interior verò dextri nerui ramus, qui costis & visceribus ventris infimi ramulos largitur, ad *f* costarum radices demittitur, ramulo cũ quolibet neruo Intercostali se iungens: dein Diaphragma penetrans, *g* in ramulos tres abit, quorum

f diss. ner. 10.

g distributionem intra Peritonæi regionem explicauit de dissect. neruor. 10.

Primus, ad Omentum, à quo ramulus ad colon, hinc in colicis, raucedo: alter, ad intestinorum principium: tertius, ad ventriculi fundum & omentum: reliquum in *h* iecoris tunicam & vesicam bilariam absumitur.

h ad Iecur, lienem, renes & ante hæc ad totum Ventrem ac omnia viscera nerui à Cerebro, partim à tertia coniugatione, partim à sexta prouenire conspiciuntur. Gal. dissect. ner. 10.

Secundus, ad Renem dextrum, hinc in nephriticis vomitus.

Tertius & maximus ad Mesenterium & Intestina: reliquum in Vesicæ dextrũ latus absumitur.

Sini-

Siniſter Sexti paris neruus, vt dexter, in ramum Exteriorem, & Interiorem diuiditur.

Exterior in deſcenſu Pleuræ, Pulmonis tunicæ, & Pericardio ramulos largiens, ad Aortæ truncum deſcendentem, ramulos tres, aliquando vnicum, transmittit, qui reflexi & vniti, Neruum cõſtituũt, qui ad Aſperæ arteriæ latus ſurſum mittitur, & cum dextro iungitur.

Recurrente conſtituto, à ſiniſtris ſurculus, ad venam arterioſam reflexus, pericardium penetrans in cordis tunicam capillorum modo diſtribuitur. Reliquũ dextrorſum deſcendens

Stomachicum ſiniſtrum conſtituit, qui ſub Oeſophago cũ Stomachico dextro, iũgitur: & orificiũ retis inſtar amplexatur, vnde exquiſitiſſimus ſenſus: quod ſupereſt, Pylorum adit & in iecoris cauo abſumitur.

Interior, coſtali ſiniſtro cõſtituto, ſub Diaphragmate, in ramos tres diuiditur, quorum

Primus, ad Omẽtum, à quo & ramuli ad Colon: alter ad Ventriculi fundum & omentum, reliquum Lieni inſeritur.

Secundus, ad Meſenterium ſiniſtrũ, eiusque loci Inteſtina.

Tertius, Renem ſiniſtrum accedit: reliquum in Veſicæ ſiniſtrum latus abſumitur.

Ab vtroq; interiore, ad vterum non-

nunquam ſoboles mittuntur.

Nerui qui à medulla cerebri prodeűt, dum iam in vertebris continetur & propriè Spinalis dicitur, duplices ſunt, alij Ceruicis, alij Thoracis.

Thoracis *i* paria duodecim ſunt, & Intercoſtales dicũtur, eò quod ad quodlibet coſtæ interſtitium Neruus mittatur, & quidem proximè ad inferius coſtæ *k* latus, & cuilibet vena & arteria adiacet.

Ceruicis verò *k* ſeptem, à cuius infimis tribus, vtrinque Neruus vnus Diaphragmaticus, ex ſurculis tribus conflatus, prodit; de quibus in Spinalis medullæ hiſtoria.

i de his de diſſ.ner.16.
k 8.ad. anat. 3.ſ.de diſſ.ner.11.& ſeq.

COR. *a*

Cor, quibuſdam à currendo, propter motus perpetuos dictum, in Thoracis *b* medio ſinu (licet motus, *c* quaſi in ſiniſtra potiùs collocatus ſit, cum Ventriculus ſiniſter Spiritus cõceptaculum ſit, indicet) cum ob *c* ſecuritatem, tum vt ęqualiter *d* ex toto Pulmone Spiritum ducat, ad quintam coſtam ſub Pulmonibus, cuius *e* lobi in orbem ipſum complectuntur, ſitum.

Cõnectitur beneficio pericardij, mediaſtino & diaphragmati: at per vaſa alijs partibus, cum principia *f* inter ſe aliqua

a de hoc Hipp. libello peculiari. Gal. 6. vſ part. 2. & 7. vſque ad. 20. 7 ad. anat. à c. 6. ad finem libri. 1. de plac. Hipp. Ariſt. 1. hiſt. 7. 3. par. 4. & 7. lib. de reſpir, 16.
b 6. vſ. part. 2. & 7: 7. ad. an. 7. Hippoc. de reſect. corp. Ariſt. inquit homini potiùs in partem ſiniſtram, cæteris in medio pectoris. 1. hiſt. 17. 2. hiſt. 17: contra quod Gal. 6. vſ. part. 2. decepti eo quod pulſus ad mammam ſiniſtram perſentiatur: cum Cor plane in medio ſit ſecundum omnes dimenſiones.
c quare καρδία dictum volunt quaſi κραδία ἀπὸ τοῦ κραδαίνεσθαι quod eſt vibrare: at Chryſippo quaſi κρατία quod principatũ obtineat, cum non ſecus quam Cerebrum pars princeps ſit: ita tamen vt quemadmodum Cerebri maior eſt dignitas, ita Cordis maior ſit neceſſitas.
d 6. vſ. part. 2. 7. ad. an. 7. *e 6. vſ. par. 7. vbi & cauſam refert.* *f 7. ad. an. 9. & de placitis.*

qua in re connecti & communicare debeant.

Figura est *g* Pyramidali vel potius turbinata, in *h* mucronem exiẽs, cuius pars superior Caput dictum, latior est, propter vasa, quæ eo loci egredi & ingredi debent: ipsius Mucro *i* conúsve sinistrã *k* spectat; vel vt eam tanquam *l* frigidiorem calefaciat, vel potius, vt Diaphragmati cedat: Anterius gibbosum, posterius simum.

g *Hippoc. de Corde.*
h *Arist. 1. hist. 17.*
i *6. vs. part. 7. Hipp.* οὐράγιον, *extremum & cauda.*
k *7. ad. anat. 7.*
l *Arist. 3. part. 4.*

Magnitudo *m* non est eadem omnibus: sed tamen longitudo est ferè digitorum sex, latitudo & altitudo quatuor.

m *cor magnum timidis, Ar. 3. part. 4.*

Huius partes aliæ Externæ, aliȩ Internæ. Externȩ, Pericardium, de quo dictũ: Tunica, Adeps, Vasa, & Auriculæ.

Tunica tenuissima, *n* cor ipsum proximè vestit, quo ipsius substantiam firmiorem conseruet.

n *Ar. 1. hist. 17. cor opertum membranæ innolucro pingui & corpulento qua venæ maiori adnectitur & aortæ.*

Adeps, *o* circa ipsius basin, ceu glutinum quoddam, vt eo Cor humectatum, ne ex motu continuo calefactum, penitus exsiccetur, refocilletur, & venæ circa Cor inungantur: dein vt calor cordis foueatur, adsitq; pabulum ne humidum radicale citiùs absumatur: at conus, ab humore in pericardio humectatur.

o *Vera est Aristot. Gal. & Anicẽ. sententia, dum dixerũt, neq; circa hepar* τὴν πιμελὴν, *id est, pinguedinem coire posse, neq; circa arterias venásve aut Cor, neq; circa aliam vllã præcalidam partem: non dixerunt* τὸ στέαρ, *id est, adipem.*

p Vasa obtinet quæ cor in orbem cõplectuntur: Venam *q* coronariam à Cauæ trunco extra ventriculos ortam, ad nutritionem, cui Valuula, ne sanguis in cauam refluat, apposita: Arterias *r* duas

p *6. vs. part. 18. 7. ad. anat. 10.*
q *6. vs. part. 14.*
r *7. ad. anat. 10.*

s 1.plac.9.
t de diss.neruor.10.6.
v s.par.18 7.ad.an.8.
u 6.vs.part.18.

Coronarias, ab Arteriæ magnæ trunco prodeuntes: Nerui s exiles à sexta t cõiugatione, vel à u neruulis ad pericardiũ missis, qui in cor, sed non perspicuè distribuuntur.

x Hippoc. de Corde Gal. 6. vs.part. 15. 7. ad.anat. 9. at 8. cordis processus vocat: partes cordis Herophilo 7. ad an. 11.
y 6. vs.part.15.
z 7.ad.anat.9.

x Auricula, à parua similitudine, vtrinque ad cordis Caput seu basin vna, circa Ventriculos ante y orificia vasorũ materiam cordi inuehentiũ, dextra quæ maior, z Venæ cauæ: sinistra quæ minor, Arteriæ venosæ, adposita est; quæ tenues, y vt faciliùs contrahantur; molles, neruosę, roboris caussa: cauę, vt sinus ante cor producantur (sunt enim tanquã y alimenti promptuaria) cuticulares, z vt promptè motum cordis (cum Valuularum y modo tendantur ac contrahantur) sequantur. Harum vsus, a Vasa, quibus adponuntur, cum tenuem habeant tunicam, tueri ne dũ subitò repleti tenduntur, ruptura periclitẽtur: nêve à motu continuo lædantur.

a Hippoc. de Corde, flabelli loco cordi tributæ, vt refrigerent, quemadmodum fornacibus fabrorum admouentur folles, vt spiritus apprehendantur.
b 6. vs. part. 8. 7. ad. anat. 8.
c 1. nat. fac. 6. vel dura caro ægrè patibilis 6. vs. part. 8.
d Ar. 3. part. 4.
e 6. vs. part. 8.
f de motu musc. 3. 6. vs. part. 8. 7. ad. anat. 8. At Hipp. de corde est musculus fortissimus, quia musculum definit carnem in orbem circumactam lib. de arte.

Internæ partes sunt Substantia, Ventriculi, Vasa & Valuulæ.

b Substantia est c parenchyma crassũ, carnosum, d densum, ne in continua diastole seu dilatatione, & systole seu cõtractione frangatur, vel spiritus calorq; innatus, quæ in corde continentur, exhalent.

Fibras omnis generis e obtinet, ad motus præstandos, iniuriasque ferendas: Quare Musculus f non est, maximè cum

eius

ius *g* motus, qui ex visceris substantia dependet, non sit voluntarius, nec quo- d animal vixerit, cessare possit: at musculorum actio subinde quiescit, ac rursus excitatur, animalis arbitrio seruiens.

h Cauitates seu Vētriculos duos *i* habet; dexter *k* sanguineus, qui *l* Pulmonis gratia creatus, cum in ijs tantum sit animalibus, quæ *m* aërem per fauces inspirát, qui superficialem circumscriptionem propriam habet: latior propter cōtentum copiosum, carne laxiore & molli *n* præditus, quo contenti grauitatem compenset, in quem Vena caua ascendēs sanguinem effundit, vt in eius foueis, *p* Pulmonum nutritione, attenuetur. Sinister, *o* spirituosus dictus, angustior est, ad *p* mucronem vergens, carne crassiore, ad *q* calidi innati robur custodiendū, & duriore, ne Spiritus vitales exhalent, calidior sit & contenti leuitatem cōpenset, & ne Cor *r* in alterutram partem ꝑpendeat, in quo etiam Spiritus vitales elaborantur. Diuiduntur *s* Septo, ne cōtenta commisceātur, quod cauernosum *t* est, quo sanguis subtilior reddatur: porosum etiam, *u* vt sanguinis in cordis vētriculo dextro præparati portio, pro vitalis spiritus materia, in sinistrum per septum transmeare possit.

Vasa *x* quatuor circa Cordis basin obseruantur: duo Ventriculo dextro inser-

g *7.ad.anat.8.*
h *de his 6.vs. part.9. & 16.& 7.ad. an.11.*
i *Arist. tres in maioribus animalibus 3. part 4.1.hist.17.3. hist.3. contra quod Gal.6 vs. part.9. 7.ad.anat.10.*
k *6.vs.part. 7. & 11.*
l *6.vs.part.9. & 11.*
m *7.ad. anat.11.*
n *6.vs.part.16.*
o *sinus spirituosus Galeno 6. vs.part.7. & 11. & Ruffo.*
p *summum verticem.7. ad. anat.11.*
q *Hipp.de corde.*
r *6.vs.part.16.*
s *6.vs.part.8.*
t *has cauernositates aliqui medium ventriculum ab Arist. propositum esse volunt.*
u *6.vs.part.15.3.nat. fac.15.hunc transitū Auerroes 1. coll.agnouit. Vesalius fatetur se ignorare. Columbus vult sanguinem ex dextro ventriculo per venā arteriosam, in pulmones ferri & inde cum aere per arteriā venosam in cordis ventriculum sinistrum. Alia est Botalli, alia Vlmi, alia Varolij sententia, vt in Theatro nostro ostendimus.*
x *7. ad. anat.6.*

ta, Vena caua, & Vena arteriosa: sinistro, Arteria venosa, & Arteria magna, quib9 intus *y* membranę, seu Valuulę vndecim ex ipsis orificijs ortæ, adpositæ: quarum aliæ tricuspides, aliæ semilunares: & harum aliæ intrò *y* in Cordis ventriculos feruntur, ad quos etiam Ligamentis *z* fortibus, ad septum maximè adnectũtur, quo in dilatatione cordis, Ligaméta tẽsa ad se trahant, & Valuulas ad cordis corpus resupinent: aliæ foràs vergunt, cum primum vas è corde prodit: vasis quidẽ materiam intromittentibus, *y* fortes & magnæ: *a* emittentibus verò, imbecilliores: omnes verò in Cordis dilatatione extenduntur, in eius contractione contrahuntur.

y Hipp. de cord. pelliculæ cordis latitantes: Galeno ὑμένες & membranarum epiphyses. 6. vs. part. 14. 7. ad. anat. 9.

z 6. vs. part. 8. & 19.

a attrahendi etiam instrumenta sunt, 6. vs. par. 15. & 20.

Vena caua, Ventriculo dextro, *b* orificio amplo, ramo breui adhęrens sanguinem ab Hepate allatum, in ipsum dum dilatatur, effundit, vt pro Pulmonũ nutritione magis elaboretur. Huius orificio membraneus circulus, cordi robur præbens, adnascitur, qui in Valuulas tres mẽbranosas scinditur, quæ ex ampla basi in obtusum mucronem desinũt, à mutua *c* inter se compositione, telorũ cuspidibus simili, τριγλωχῦνες seu tricuspides dicuntur, quæ filamentis plurimis iunctis carneis portiunculis accrescunt, & cordis *d* ligamenta, alijs verò *e* Nerui dicuntur. Valuulæ hæ, vt & Arteriæ venosæ, foris *f* intrò spectant, ne sanguis

b 6. vs. par. 4. altera pars cauæ in cor infigitur: altera & maior. rectà sursum ad iugulum fertur.

c 7. ad. anat. 9. 6. vs. part. 14.

d 6. vs. part. 8. & 19.

e Ar. 3. par. 4. nervorum copia in corde: neruulos suis in cauis continet 1. hist. 17.

f Columbus dicit, ab interiore situ foràs ferri.

guis in Venam regurgitare *g* possit.

Vena Arteriosa, seu Vas *h* Arteriosum, quæ ab officio Vena, cum *i* Pulmonem nutriat: à substantia, Arteria dicitur, cum in fœtu munere Arteriæ fungatur; tunica non est simplici, ne per eius cæcos meatus frigidus aër attractus, in Ventriculũ dextrum deferatur, & vt sinister refrigeretur. Hæc Ventriculo orificio minore affigitur, sanguinem in Cordis contractione ex Ventriculo excipiens, inque Pulmones pro nutritione deferens. Diuiditur in truncos duos, ad Pulmonem dextrum & sinistrum: hiq; in varios ramos per Pulmones disseminantur. Valuulæ ternæ *k* ab ipsius Venæ tunica enatæ, & à forma Gręcorũ *k* sigma Sigmoides dictæ, intus foràs spectantes, apponuntur, ne sanguis ad Pulmones delatus in Cor relabatur, quarum vt & Arteriæ magnæ, exterior circumferentia, reliquo corpore solidior; ita vt si indurentur, interdum cartilaginem oblõgam referant.

Arteria *l* venosa, Vẽtriculo sinistro affixa, Arteria *m* ab officio, Vena à substãtia, cum tunica tenui & simplici *n* cõstet, cum in fœtu Venæ munus subeat: in adultis verò Arteriæ, quo per eius meatus cæcos copiosior aër penetrans, ad Ventriculum sinistrum refrigerandum feratur, quæ in Pulmonem, vt mesaraicæ in intestina, disseminantur, vt ex eo spiritũ

g *quomodo ergo statui potest, sanguinem pro totius corporis nutritione in corde elaborari, cum ex ventriculo in cauam sanguis effundi non posßit, sed in pulmones.*

h *de hoc 6.vs. part. 10. & 11. variam fuisse horum vasorum apud veteres appellationem, ostenditur. 7. ad. anat. 4.*

i *6. vs. par. 14.*

k *7. ad. anat. 9. 6. vs. part. 14.*

l *de diss. ven. & art. 9. vbi venæ portæ assimilat. et 7. ad. an. 4.*

m *vide rationẽ nominis 7. ad. anat. 4.*

n *de diss. neru. 9.*

attrahat, vel aêrem ſanguini attenuat(vt aliqui volunt) mixtum, in Cor, dum dilatatur, effundat. At ne ſanguis cum Spiritu in Pulmones remeet, Valuulæ duæ foris intrò *o* pertinentes adnexę apponuntur, quæ iunctæ mitram *p* Epiſcopalem referunt, & filamentis plurimis carneis explantationibus accreſcũt: duæ *q* tantùm, quia hoc vas exquiſitè claudi non debuit, partim quo ſanguis vitalis p Arteriam venoſam, ad pulmones pro vita tranſuehatur, cùm omnes partes ſanguine, ſpirituq; vitali à Corde indigeant, partim quo fuliginoſa *r* excrementa, quę propter caloris natiui copiam in Corde habentur, ab eo ad Pulmones continuũ tranſitum habeant, cum hæc calorẽ natiuum extinguere poſſint.

Arteria *ſ* Magna (Arteriarum radix & omniũ Arteriarum (excepta aſpera & venali) mater) antequam cor fieret, genita; ſubſtantia craſſa eſt, ne ſanguis arterioſus & ſpirituoſus euaneſcat, néve ex motu continuo diaſtole & ſyſtole quem à *t* Corde tanquam principio diſpenſationis accepit, frangatur; cui ſubſtantia dura, nonnunquam *u* cartilaginoſa ſtabilimenti *x* cauſſa adpoſita: hæc vitalem Spiritum, caloremque in hoc Ventriculo ex ſanguinis aêriſque permixtione elaboratum recipiens, in totũ corpus defert. At ne in dilatatione in Ventriculum remeent, Valuulæ tres σιγμοειδεῖς *y* intus

o 7. ad. anat. 11. at Columb. contrarium voluit.

p *Figurã nemo Anatomicorũ cuiptam rei aſsimilare eſt aggreſſus. 6. vſ. part. 14. Veſal. reprehẽdit Galenum quod 7. ad. an. 9. triglochinas appellarit: cum ipſe Gal. 16. vſ. par. 14. reprehendat eos qui* τριγλωχίνας *appellant, cum ipſarum tantum duæ ſint.*

q *6. vſ. part. 14. & 15. & 3. fac. nat. 13. in fine.*

r *6. vſ. part. 14. & 15. Columbus ridet.*

ſ *de diſſ. ven. & art. 9. Arabibus neruus pulſatilis.*

t *1. vſ. part. 16.*

u *6. vſu. part. 19. os cordis in magnis animalibus 7. ad. anat. 10. in minutis leuiter cartilaginoſa; in grãdioribus exactè cartilago; in valdè grãdibus cartilago oſſea, at in maximis os cartilagineum.*

x *Ariſt. 3. part. 4.*

y *6. vſ. par. 14. & 15.*

forâs vergentes appoſitæ, ne alimentum ex Inteſtinis ab Arterijs Meſaraicis attractum, z in cor feratur.

Vſus Cordis, cum caloris * natiui, quo animal regitur, quaſi fons ſit, totius corporis partes motu ſuo aſſiduo à putredine conſeruare, ſanguinem pro pulmonũ nutritione, & ſpiritum vitalem elaborare.

CORDIS STRVCTVRA *in* a *fœtu.*

COr ex ſanguine calidiſſimo & ſpirituoſo, tanquam ex materia proportionata, per Arterias ad magnæ Arteriæ truncos, iuxta os ſacrũ pertingentes, delata (ipſis Arterijs prius ex ſemine genitis) efformatur. At cum in fœtu Cor non moueatur, Pulmones tamen augeri & nutriri oportuerit, ac ſanguis non ex Vena caua in cordis ventriculum dextrum effundatur, nec per Venam Arterioſam in Pulmones efferatur, natura viam fabricata eſt, per quam ſanguis rectà ex Vena caua ad Pulmones defertur, idque per Vnionem.

Quatuor *b* enim Cordis vaſa in fœtu vniuntur, ita vt Vena caua ventriculi, dextri vas, cum Arteria venoſa, vaſe ventriculi ſiniſtri, vniatur: & vas ſiniſtri ventriculi, Arteria nimirum magna, cũ ventriculi dextri vaſe, Vena arterioſa iungatur.

Prima vnio, Venæ cauæ cum Arteria

z *Varolus hoc voluit.*

* *6. vſ. part. 7. 7. ad. anat. 8. & de placitis: propter caloris originem. Ar 3 p. 7.*

a *Structuram hanc expreßit Gal. 6. vſu. par. 20. & 21. potißimum 15. vſ. part. 6.*

b *poſt Galenum primus Fallopius in ſuis obſ. vnius vnionis quæ eſt Venæ arterioſæ cum Arteria magna, meminit: Dein Veſalius in ſuo examine à Fallop. monitus, vtriuſq; ex Galeno meminit, ſtatuẽs vtramq; vnionẽ per anaſtomoſin fieri & in Galenũ falsò inuehitur, quod anaſtomoſes has dißimiles dixerit: tum Arantius in ſuo libello de fœtu editione prima vtramq; per Canalem fieri ſcribit: c verißima eſt hæc Galeni ſententia, nunc ab annis viginti ſeptem à nobis in ſcholis noſtris demonſtrata & etiam à Ioann. Baptiſta Carcano, Archangelo Piccolhomino & Andrea Laurentio propoſita.*

venosa, per anastomosin fit, partim propter viciniam, partim propter substātiarum similitudinem, quare sub auricula dextra priusquam vena caua in ventriculum se aperiat, foramen *c* amplum & patens ouali figurâ, natura vtrique *d* cōmune pertudit, per quod sanguis à Caua ad Arteriam venosam transit, & ad Pulmones defertur. At ne sanguis in Cauam refluat, operculi instar *d* præfecta est Mēbrana tenuis, foramine maior, quo dum laxè in se concidit, sanguini affluenti cedat, refluenti verò obstet: quare Arteria venosa in fœtu officium Venæ, in adultis Arteriæ præstat. Verùm foramen paulatim occluditur, ita vt si aliquot septimanis *d* post Cor inspexeris, vel infantis, vel vituli inspexeris, neges locum hunc aliquando *e* pertusum fuisse: quādo enim Cor mouetur, nō ampliûs hoc foramine opus habet.

c 6. vs. par. 20.
d 15. vs. part. 6. & Auicenna.
e in animantibus ficcioribus citius, in humidioribus tardius exsiccatur.

Altera Vnio est Arteriæ magnæ cum Vena arteriosa: nam cum Arteria venosa Pulmoni venæ officium prestaret, necesse fuit alterum vas in Arteriæ vsum transmutari, quare hæc duo vasa cōiuncta fuere. At cum aliquantum inter se distarent, aliud *f* vas tertium exiguum, quo coniungerentur, efformatum, ita vt non per *g* anastomosin, sed per Canalem iungantur, qui obliquè ad Venam arteriosam progreditur, vbi ipsa in truncos duos diuiditur. Huic membrana seu

f 15. vs. part. 6.
g Vesal. in examine obs. Fallop. vtramq; vnionem per anastomosin fieri scribit.

Valuula *h* nulla adposita, quæ sanguinis ex Arteria magna in Venam arteriosam regressum impediat, cum sit Canalis obliquus, & satis longus, qui sensim attenuatur: ita vt tandem penitùs tabescat & *i* exsiccetur: qui in infantibus annorũ trium quatuórve propter tunicæ crassitiem, non tamen pertusus, adhuc reperitur: & quemadmodum prima vnio in ipso est Corde, ita hæc extra Cor est, ab ipsius basi, duobus digitis distans.

Vniones hæ, propter *k* Pulmonum generationem, auctionem & nutritionẽ fabrefactæ: sanguis enim ex Vena caua per Arteriam venosam ad Pulmones, pro eorũ auctione & nutritione fertur. Spiritus verò vitalis, cum sanguine arterioso ab arterijs Vmbilicalibus ad Arteriam magnam, & inde ad Venam arteriosam per Canalem, quo in Pulmones feratur, transmittitur. Verum *k* ad facultatis vitalis munia obeunda etiam faciunt.

h *Vesal. l. c. orbiculatim membranam præesse ait,*

i *6. vs. p. 21. 15. eius. 6.*

k *15. vs par. 6. solius pulmonis gratia constructas putat; at lib. 6. cordi etiam ad vitalis facultatis munia obeunda aliquo modo inseruire scribit. Petræus putat ambarum anastomoseon opus, ad cordis potius & totius corporis vsum, quam ad pulmonis nutritionẽ & vitam referendũ esse. At Rossetus putat soli aeri deducendo dicatas esse, eum priusquam ad Cor veniat ad pulmones dirigendo & cum vtroq; sanguine venoso & arterioso, iam in hepate & liene præparatis miscendo.*

ARTERIÆ MAGNÆ RAMI *per Thoracem* a *& collum disseminati.*

ARteria magna, antequam Pericardio excidat, ad Cordis *b* ventriculum sinistrum circa ipsius basim, *c* arteriam de se mittit modo vnam, modo duas Coronarias, quæ cordis basim coronæ instar cingunt, & per eius longitudinem ramulos spargunt, quo eius substantiam viuidam reddant. Mox

a *vid. Gal. de diss. ven. & art. 9. 16. vs. part. 10.*

b *secundum Medicos, secundum Aristot. à medio sinu.*

c *vnde pronascitur Hipp. Platoni, Arist.; Gal. at Pelopi, arteriæ cum venis & neruis à cerebro.*

pericardium egreſſa, diuiditur in truncū, alterum maiorem, qui ſiniſtrorſum vertebris incumbens indiuiſus deſcendit, & alterum minorem, qui ſurſum mittitur.

A Trunco maiore (maior eſt, cum ad *d* plures partes ramos tranſmittere debeat) prodeunt rami, qui & venæ portę & venæ cauæ ramos in totum *e* corpus comitantur.

d 6. vſ. part. 5. Ar. propriè Aorta, eò quod neruoſam eius partem, vel in mortuis, conſpici poſſe diceret, inſtar vaginæ fortaſsis Macedonibus ἀορτὴς nuncupatæ. Praxagoras craſſam appellabat.
e 6. vſ. part. 14.
f de diſſect. ven. & art. 9.

I. Intercoſtales arterię inferiores, quę ad octo coſtarum inferiorum interualla, ſed non *f* eodem ſemper modo mittuntur, quæ & muſculis vicinis ſurculos largiuntur.

II. Phrenica vtrinque vna, per ipſum Diaphragma diſſeminatur, & ab ea ramuli ad pericardium ſparguntur.

Trunci reliquum Diaphragmatis fiſſuram pertranſit, à quo alij rami, per infimum Ventrem diſſeminati, prodeunt, de quibus ſuprà.

A trunco minore & aſcendente, omnibus partibus ſuprà Cor propagines communicātur: diuiditur enim in *g* Subclauiam dextram, quæ elatior eſt & amplior: & in ſiniſtram quæ obliquè magis brachium accedit.

g Axillaris Colūb.

Ex arteria Subclauia qualibet, antequam Thoracis cauitatē excidat, aliæ ab eius parte inferiore, aliæ à parte ſuperiore prodeunt: à parte inferiore, Intercoſtales ſuperiores, quę ad ſuperiorum coſtarū tria quatuorvé interſtitia, ſurculis

dorſi

dorſi medullę communicatis, mittũtur.

A`parte verò ſuperiore,

I. Mammaria vtrinq; vna, quæ mammis ſurculos largiens, ſub ſterno, & muſculis rectis infimi ventris delata, ad Vmbilicum Epigaſtricæ arterię ſurſum contendenti iungitur.

II. Ceruicalis per ceruicis tranſuerſos meatus ſurſum lata, muſculis, ceruicali medullæ, vertebriſq; ſurculos largita, inter primam vertebram, & occipitij os vtrinque Caluariam ingreſſa, cum ſocia oppoſita vnitur & ſub cerebri baſi *h* fertur.

h *Veſal. voluit ceruicales arterias cum venis in ſinus duræ matris ferri: quod Columb. reprehendit.*

III. Muſcula, quæ muſculis ceruici incumbentibus, aliquando & brachij ramulos impertit.

Mox Subclauia thoracem egreſſa, nomen mutat Axillariſq; dicitur, à qua antequam brachium accedat, à parte inferiore prodeunt,

I. Thoracica ſuperior, quę ad muſculos pectori inſtratos fertur.

II. Thoracica inferior, quæ thoracis latus perreptans in muſculum latiſſimũ abſumitur.

III. Scapularis, quæ ad muſculos in Scapulæ cauo repoſitos diſſeminatur.

A`parte ſuperiore,

Humeraria, quæ ad muſculos humerũ & gibbũ ſcapulę occupãtes, mittitur.

Arteriæ Axillaris vtrinque reliquum, ad brachium abit.

Aſcendentis trunci reliquum aſperæ arteriæ incumbens & Thymo ſuffulltũ, in duas Carotides arterias finditur, quæ extra Thoracem prodeuntes ſurſum rectà tendunt, ita vt dextra, quemadmodũ & ſiniſtra, ſecundùm colli latera cum iugularibus venis internis (externæ enim ſine arterijs conſpiciuntur) caput petãt.

PVLMONES. *a*

PVlmones πνεύμονες, à πνεῖν reſpirando, omnibus *b* ſpirantibus dati, in Thoracis *c* cauitate, eam in inſpirationibus *d* opplendo, ſiti.

Contenduntur mediaſtini interuentu anterius ſterno, poſterius vertebris: fibroſis etiam nexibus ad latera pleuræ adnaſcuntur: ſic aſperæ arteriæ intermedio, collo & dorſo ſuſpenſi tenentur.

Forma vngulam bubulam referunt & *e* Cor ſuis lobis ceu digitis quibuſdam in orbem complectuntur, qui *f* in dextrum & ſiniſtrum interuentu Mediaſtini diuiduntur. Quilibet rurſus *g* lobos duos obtinet, *h* ſuperiorem & inferiorem, ſic diuiſus, quo tutò *i* ac facilè dilatetur & comprimatur; quintus rariùs obſeruatur, qui ſi adſit, in iugulo *k* Venæ cauæ ſubijcitur.

Quò verò ſubſtantia *f* eorum mollis ſpongioſa, & laxa, triplici vaſorum genere intertextu, firmior eſſet, *l* membrana tenui, leui, molli, propter dilatationẽ: poroſa, vt ſi fortè in Thorace ſanies colligeretur,

a de his 6. *vſ. part.* 20. 7. *vſ. part.* 2. 8. 10. 8. *ad. anat.* 10. *Ariſt.* 1. *hiſt.* 16. 2. *hiſt.* 15. 3. *par.* 6. 4. *part.* 1. 2. *gen. an.* 4. *lib. de reſpir.* 15. & 21.

b 6. *vſ. part.* 9. *piſces eius loco branchia habent crebris ac tenuibus foraminibus intercepta aeri & vapori peruiis, ſubtilioribus tamen quam pro mole aquæ. Ariſt.* 2, *hiſt.* 15. 3. *part.* 6. 4. *part.* 1.

c *Ariſt.* 3 *part.* 3.

d *Hipp. de reſect. corp.* 13. *vſ. part.* 6.

e 6. *vſ. part.* 7. 7. *eiuſ.* 10. *hinc Auic. cordis culcitra.*

f *Ariſt.* 1. *hiſt.* 16. 2. *eiuſd.* 17. 3. *par.* 3. *Gal.* 7. *vſ. part.* 2. & 10.

g 6. *vſ. part.* 4.

h 7. *vſ. par.* 10. *vide* 7. *ad. anat.* 11.

i *Hippoc. de reſect. corp. quinq; apices: quos lobos & ſummitates vocant, Gal.* 6. *vſ. p.* 4 *Dexter vnitate ſuperat in omnibus animalib.* 7. *vſ. p.* 2. & 10. *de lobis agit.* & 7. *ad. anat.* 11.

k 7. *vſ. p.* 2. & 10.

l 4. *vſ. part.* 15. 7. *vſ. part.* 8.

ligeretur, in Pleuritide & Peripneumonia (in quibus tamen affectibus & pulmones affici statuimus) in eos aditus pateret, integuntur: hæc à pleura *m* oritur, cui etiam quibusdam locis ad latera, fibrosis nexibus ab ipsorum membrana productis (quod homini tanquam sapientissimo animali peculiare est, cum in eo natura necessitatem motus pulmonũ agnouerit) adnascuntur, quò Pulmones qui ex sese motus omnis expertes sunt, Thoracis *n* motum præterquam vacui fuga faciliùs sequantur. *o* Neruulos exiguos, cum exiguo eguerit sensu, à *p* sexto pari vtrinq; recipit, qui eorum substantiam, ne ex motu assiduo doleant, non attingunt, sed tantùm per membranam disseminantur.

m *5. ad. anat. 8. & 7. einsd. 2.*

n *Gal. de motu thorac. & pul. vult pulmones, thoracis motum ad fugam vacuĩ sequi, quatenus distento thorace, pulmones inspiratione aere impleti dilatantur, eodemq; contracto & exspiratione euacuati concidunt: quod vulnere thoracis ostendit. Arist. 3. part. 6. putat pulmonẽ sui motus principium à corde accipere. Auerroes, propria vi moueri, non autem thoracis motũ sequi vult, quia daretur aliquis motus violentus perpetuus.*

o *7. vs. part. 10.*

p *de dissect. ner. 10.*

Oriuntur ex sanguine à Caua ad Arteriam venalem per anastomosin delato, & sanguine spirituoso ab Aorta, ad Venam arteriosam per canalem transmisso, quo etiam nutriuntur, & augentur, dum fœtus in vtero est, & tum Pulmones, cum non moueátur, vt nec Cor, densissimi & crassissimi, substantia Hepati similes *q* rubei, ratione aliméti, quo nutriuntur, existunt. At vbi cor moueri cœpit, ab eius calore & motu eorum caro, cum & ipsi moueantur, mollis leuisq; redditur, quo facilè attolli, collabiq; possint, & ne quid *r* inane sit, cauernas opplet: quin & rara & fungosa, ad aëris re-

q *15. vs. part. 6.*

r *7. vs. part. 8.*

ceptionem, colore in adultis ex pallido flauescente.

s de his 6. vs. par. 20. 7. eius. 2. 7. ad. an. 4. At de horum vsu, 7. vs part. 7.

t 7. vs. part. 2.

s Vasa tria, varijs ramis connexa & immixta, per Pulmones disseminantur, qui bifariam t primũ, vt Pulmones, mox in alias partes diuiduntur, ita vt in ramos capillares tandem abeant, quibus eorum substantia, quemadmodum venis Hepatis eius Caro circumfunditur. Horum u autem duo à corde recipit, tertium verò ipsius proprium est. Illorum alterum à cordis ventriculo dextro, Vena nimirum arteriosa prodit, tunica crassa ac densa donata, quo nihil nisi tenuissimum elabatur, cum pulmonum caro læuis ac rara sit, quare & sanguinem attenuatum cum Spiritu naturali Pulmonibus subministrat. Alterum verò ex sinistro ventriculo enascitur, Arteria nimirum venosa, quæ venæ tunicam accepit, quo y copiosissimum (pulmones enim, tum propter perpetuum motum, tum propter caliditatis copiam, copioso alimento indigent) tenuem ac spirituosum sanguinẽ Pulmonibus tribuat. Verum & aërem per Asperam arteriam attractum, inque Pulmonibus præparatũ ad Cordis x refrigerium defert.

u Pulmo arterias habet venosas, venas autem arteriosas, quo conuenienti alimento alatur: & vt arteriæ quidem ipsius facilè contrahantur, venæ vero ægrius 6. vs. part. 20.

x quare Philosophi pulmonem cordis flabellum & ventilabrũ vocant: & Plato à pulmonibus cor temperari voluit, quando ira exæstuet.

y 7. vs. part. 8. de vsu pulmonis agitur.

z Arist. de respir. 1. & 15. 3. part. anat. 6.

a 6. vs. part. 2.

y Vsus pulmonum, vt z respirationis & vocis instrumenta sint: dilatati enim follis instar aërem per asperæ arteriæ ramos excipiunt, eumq; cum spirituũ sint a officinæ, cordi præparant, quo innati spiri-

ſpiritus pabulum conueniens fiat. Sic cum conſtringuntur, exſpiratione *b* eadem via, aërem reſiduum, & ſpirituum fuliginoſa excrementa, propellunt.

ASPERA *a* ARTERIA.

Aſpera arteria, Pulmonum vas tertium & proprium eſt, quod *b* Arteria ab inæquali eius ſubſtantia, vulgo canna pulmonis dicitur. Eſt autẽ fiſtula ante *c* gulam poſita, cuius caput *d* Larynx, cui glandulæ duæ apponuntur (qua de re in ventre tertio) reliquum verò Bronchos dicitur. Hæc Oeſophago incumbens, per collum deorſum in Pulmones defertur & ſuo capite, faucib. & fibroſis *e* nexibus, Oeſophago cõnectitur. Cuius ſubſtantia partim membranea, partim cartilaginea eſt.

Mẽbranis duab. veſtitur, exteriore, *f* à pleura cartilaginum membraneis vinculis pertinaciſſimè connata: altera interiore, ori, Oeſophago, & Ventriculo cõtinua, totam fiſtulam ſuccingente altera dẽſior *g* ac craſſior, exquiſiti ſenſus, fibris rectis intertexta: pingui, ne arteria exſiccetur, ſicq́ue voci & aëris tranſmiſſione incommodet.

Cartilagines, hiſce duabus tunicis interiectæ (cum ex tali ſubſtantia non alia conſtitui fuerit meliùs, cum non *h* ſolùm ſpirandi cauſa ſit, ſed etiam vocis: quod autem ſonat, leue ac ſolidum eſſe oportet) quę à forma *i* ſigmoideis, *i* quia ſemi-

b *in inſpirando & exſpirando vita cõſiſtit Ar. de reſpir. 21.*

a *De hac agitur 7. vſ. part. à cap. 3. ad 9. & 7. ad. anat. 1. & 5. Ariſt. 1. hiſt. 16. 2. hiſt. 15. 3. part. 3. & de reſpirat. 11.*

b *Arteriam ſine adiectione appellat Ariſt. quam Galenus & cæteri tracheam ſeu aſperam vocant: ipſam verò Medicorum Arteriam, vocat Aortam.*

c *Ariſt. 1. hiſt. 16. 3. part. 3.*

d *6. vſ. part. 21. 7. eiuſd 7. & 1.*

e *Ar. 1. hiſt. 16.*

f *7. vſ. part. 3.*

g *7. vſ. part. 7.*

h *Ar. 3. part. 3.*

i *7. vſ. part. 3. 7. ad. anat. 5. dictæ fuerunt etiam βρόγχια à medicis Galeni tempore. 7. vſu pa[r]t. 7.*

circulares, quo ſemper ad aeris ingreſſum, & egreſſum, pateat; ligamento, in brutis quidem membranoſo, in homine verò velut carnoſo, connexis: an fortè hæc ligamenta muſculi ſient perexigui, qui ſe intercoſtalium inſtar interſecāt & cartilaginū ſpatia opplent? At cum cartilagines circulum non abſoluant, parte poſteriore membranoſa *k* eſt, vt circulus abſoluatur, vtq; dum cibum deglutimus, Oeſophago cedat, & Cartilagines non comprimātur, Quare ne larynx qui totus eſt cartilagineus, Oeſophago impedimento ſit, dum inter deglutiendum Oeſophagus deorſum trahitur, larynx *l* ſurſum aſcendit.

k cur ex tali ſubſtātia non autem alia conſtitui fuerit melius, oſtendit Galenus 7. vſ. part. 4. 5. & 11.

l 7. vſ. part. 5. & 7.

Ad iugulum in ramos duos diuiditur qui Pulmones ingreſſi, rurſus vtrinque in alios duos ramos ad quemlibet Lobū diuiduntur, hique in alios variæ figuræ per Pulmones ad extremum diſſeminātur, inter Arteriam venoſam, quò citiùs aër ad Cor tranſmittatur, fuliginoſaque recipiātur, & Venam arterioſam, *m* vt ab hac ſanguinem pro nutritione recipiat, cum quibus oſculis iungitur.

m 7. vſ. part. 8.

Vſus *n* vt per eam tanquam canalem, pulmones follium inſtar in reſpiratione aërem inſpiratum attrahant & per eandē pulmones in contractione aërem cordi inutilem vnà cum fuliginoſis excremētis, expirando expurgent: dein vt vocis ſit inſtrumentum: tū vt per eam vel tuſſi,

n vocem & halitum tranſmittit 1. hiſt. 12. 3. part. 3. Gal. 7. vſ. part. 5. & 13. vſ. part. 6. Hipp. 4. de morb. organum ſpirabile & vocale nominat.

vel ſcreatu, vel à capite dilapſa, vel in pulmonibus collecta, reiiciantur.

OESOPHAGVS. *a*

OEſophagus, *b* qui *c* ſtomachus & *d* gula, exortu ſuo, faucibus, per tunicam os ſuccingentem, & vẽtriculo, per corporis continuitatem nectitur, ſicuti vertebris & aſperæ arteriæ membranis ex dorſi ligamentis pronatis. Hic ab ore in Ventriculum ſub Aſpera arteria rectà ad quintam vſq; Thoracis vertebram delatus, Arteriæ magnæ, quæ per *e* mediam lineam ferri debuit, cedens, in dexteram ſe inclinat, hinc ſiniſtrorſum membranis fortibus ſublime *f* admodum (ne in ciborũ craſſiorum tranſitu arteria comprimatur) Aortam conſcendens per ſeptum *g* trãſuerſum, in ventriculi orificium ſiniſtrũ, cum neruis duobus ſexti paris deſinit. Ne autem à vertebris lædatur & cauitas ipſius ad faciliorem deglutitionem humore imbuatur, glandoſum corpus parte poſteriore adnaſcitur.

Figurâ rotũdus, quo per locum *h* minorem, materia plurima feratur.

Subſtantia *i* carnoſa, tunica triplici *k* conſtante, quo *l* diſtendi in longum latumque poſſit: prima à ligamentis vertebrarum enata: altera carnoſa tranſuerſis fibris contexta: tertia interna membranoſiore ſenſibili, quo eſculentorum *m* ſuauitas tactu ſentiatur, rectis fibris

a de hoc Gal. 4. vſ. part. 8. 6. vſ. part. 5. & 6. Ariſt. 1. hiſt. 12. & 16. 3. eiuſd. 17. & 3. part. 3.

b dicitur οἰσοφάγος ab οἴω καὶ φάγημα id eſt, cibum fero. Hipp. de reſect. corp. 6. vſ. part. 5. 1. hiſt. 16. 2. hiſt. 17.

c ςόμαχος quaſi ςενόμαχος, ἀπὸ τῆ μήκεος καὶ τῆς ςενότητος, à longitudine & anguſtia Ar. 1. hiſt. 16. 6. vſ. part. 6. 13. meth. 17.

d Gulam omnia ſpirantia habent, Ar. 2. hiſt. 15. & quæ collum habent. 3. part. 3. 4. hiſt. 3.

e 6. vſ. par. 5. & 6.

f 6. vſ. par. 6.

g Ar. 1. hiſt. 16. per ſeptum tranſuerſum in ventriculum finit.

h 7. vſ. part. 7.

i Carnis ſpeciem refert Ar. 1. hiſt. 16. ex carne & neruo. 3. part. 3.

k de tunicis & fibris egit Gal. 4. vſ. part. 8.

l 1. hiſt. 16.

m 4. part. 11.

donata, quæ ori, labijs & laryngi communis.

An fortè hanc actionem, cum deglutitio opus sit, ex animali & naturali mixtum, adiuuant musculi Oesophagei dicti, qui Laryngis Musculi statuuntur? & à laterib. cartilaginis thyroeidis prodeuntes, oesophagum omnino amplexantur & in medium inseruntur.

Venas habet paucissimas, à Caua & venæ Portæ ramo coronario: Arterias, à trunco descendente & cœliaca: Neruos insignes, à sexto pari obliquè *n* securitatis gratia delatos, qui circa oesophagum inuoluti, ventriculo infiguntur.

n 6. vs. part. 6.

Vsus, *o* cibum & potum velut per *p* infundibulũ ex ore suscipere, & in ventriculum deferre.

o 3. nat. facul. 13.
p Hipp. de corde.

MVSCVLI ET NERVI IN *Thoracis cauitate.*

HIs remotis Musculi ceruicis duo *a* Longi dicti, qui vertebris affixi sub Oesophago locantur, occurrunt. Extrinsecus verò & posterius musculi caput collumque extendentes supra enarrati.

a musculi, spinã flectentes Galen. diss. musc. 25. primum par dorsi, Vesal. & Fallop. primum par ceruicis, Columb.

Nerui duplices per thoracem ferũtur, alij à sexto pari medullæ cerebri: alij à spinali medulla, quæ vel in ceruicis, vel thoracis vertebris est, prodeũtes, de quibus supra.

OSSA

OSSA DORSI. a

THoracis seu dorsi vertebræ (vt & totius Spinæ plures sunt, per articulos commissæ, propter b flexionem) plerunq; duodecim sunt, totidem c numero, quot costæ; rariùs deest vna, rarissimè superest: quarum prima, à robore ἀσφάλεια: altera μασχαλιστής: nouem sequentes πλευρῖται: duodecima διαζωστὴρ dicitur: quę suos diuersos processus sursum deorsumque spectantes, tum etiam transuersos obtinent: quibus, quemadmodum & totius spinæ vertebris, d cartilagines interiectæ: quamuis & suis ligamentis connectantur. Harum autem foramina e medullæ quam continent crassitudini æqualia sunt prout enim descẽdendo attenuatur, ita vertebrarum inferiorum foramina minuuntur.

a *Gal. de oßib. 9. 12. vs. part. 16. & 13. eiusd. 7.*

b *cur plures vertebræ non vna, vide 12. vs. part. 11. & 12.*

c *8. ad anat. 1.*

d *12. vs. part. 15. de spinæ cartilaginibus et ligamentis agitur: de ligamentis quoque 13. de vs. part. 8.*

e *de oßib. 8.*

OSSA SCAPVLARVM.

SCapulę f os, quod articulationis humeri causa creatum, vtrinque vnum, trianguli imagine, processibus tribus donatum, superiore, qui ἀκρώμιον, quo cum clauicula iungitur: medio & minore, qui κορακοειδὴς dicitur, qui humeri os in sua sede continet: inferiore breuissimo, breuiq; ceruice, in caput sinuatum desinente & cartilagine crassiore, quo rectiꝰ humeri caput excipiat, cincto: Sic cũ costis g, osse hyoide & occipitio, musculorum g interuentu, iungitur.

f *ὠμοπλάτη Hipp. de nat. hom. Arist. 1. hist. 15. & Gal. de ossib. 14. & 13. vs. part. 10. & 12. scopulum opertum, Celso: spatula barbaris.*

g *de oßib. 14. & 13. vs. part. 10.*

OSSA *h* COLLI.

h de oßib. 8.
i 13. vſ. part. 6. oſtendit cur homini & ſimiæ ex ſeptem vertebris collum conſtet.

COlli oſſa ſunt vertebræ *i* ſeptem, Ceruicis dictæ, quæ inter ſe & â cæteris differunt, in quibus proceſſus (quorum tranſuerſi communiter perforati) variant, ſiquid ẽ proceſſum poſteriorem, quem ſpinã vocant, prima excepta, omnes habeãt. Prima *k* capiti adnexa, Atlas, cui vndique colligatur: altera â vertendo ἐπιστροφεύς, quod circa ipſius appendicem (quâm â forma canini dentis, Dentem vocant) caput circumducatur: licet Hipp. *l* totam vertebram dentem appellarit: tertia ἄξων, quæ cum reliquis anterius nexu firmiſſimo conſtricta coaleſcit: reliquæ nomine carent: has cartilagines craſſę ac molles, quo facilius moueantur, intercedunt. De ligamentis verô horum oſſium vide libro quarto.

k interdum prima vertebra occipitio ita adhæret, vt caput moueri nequeat: interdum in ceruice vertebræ nunc ſex, nunc octo inueniuntur.
l 2. Epid. ex huius luxatione Anginam inſanabilẽ ſæpè fieri oſtendit.

TER-



TERTIVS VENTER CAPVT.



APVT, tertius venter eſt, partium animalium ſedes Senſus & Motus principiũ: *a* rotundum eſt, vt ſit capacius, & iniurijs minus obnoxium (eiusque nomine totum *b* oſſeum) faciliusque moueatur. In ſublimi poſitum, partim Oculorum *c* cauſa, cum eorum operationi, plurimùm ſublimis ſitus conducat: partim *d* Cerebri cauſsâ ne Ratio in ipſo ab Irrationali, quæ in corde eſt, conturbetur: & quia ab Oculis ſeparari Cerebrum non poteſt: reliqua verò *e* ſenſoria, propter cerebrum in capite locantur.

Huius pars alia *f* Capillata, alia *g* glabla. Capillata, *h* Calua eſt, cuius pars anterior à fronte ad ſuturam Coronalem *i* Synciput: poſterior ſutura Lambdoidea & prima colli vertebra terminata, *k* Occiput: media inter has gibboſa, *l* Vertex: laterales inter oculos & aures, *m* Tempora dicuntur.

Caluæ partes aliæ Continentes, aliæ Contentæ. Continentes aliæ communes, Cuticula & Cutis pilis intecta: Pinguedo, Panniculus carnoſus: aliæ Propriæ, hæq; vel externæ, Membranæ duę, Pericranium & Perioſtium: & Oſſa: vel

a *Platonicis rotundum, quia anima domicilium: anima autem ex cœlo rotundo infuſa eſt nobis adde quod nobiliſsimo mẽbro, figura debetur omnium nobiliſsimæ.*

b *quia Cerebrũ nullis muſculis indiget* 7. *vſ. part.* 21.

c 8. *vſ. part.* 2. 3. 4. 5.

d *Ariſt.* 4. *part an.* 10. *Auerr.* 2. *Collect.*

e 8. *vſ. part.* 9.

f τριχωτὸς.

g πρόσωπον *facies nominatur.*

h *Ariſt.* 1. *hiſt.* 7. σκαφίον *Polluci.*

i *Iuuenali & Connuto:* βρέγμα.

k *Auſonios Perſio:* κόρσις *Hip.* 2. *de morb.* ἰνίον *Ariſt.*

l κορυφὴ *Hippoc. de vuln. cap.*

m κρόταφοι *Ariſt.* 1. *hiſt.* 11. *Gal. introd. Sed de his fusè libello de partib. externis, egimus.*

internæ, duæ Meninges. Contentæ sunt Cerebrum & Cerebellum, à quibus Medulla, quæ propriè cum extra Cranium est, Spinalis dicitur, à qua Nerui, tam in Cranio quam extra ipsum, ortum ducunt.

CAPILLI, CVTIS CAPItis, *Pinguedo, & Panniculus carnosus.*

Capitis *a* pili, propriè Capilli dicti, ex *b* tertiæ concoctionis excrementis fuliginosis tãquam ex materia geniti creduntur, qui à calore moderato protrusi, capitis cutim duram, *a* crassissimam, attamẽ *d* raram perforant, qui tegumenti & ornamenti *c* loco sunt.

Ipsa verò *d* Cutis, à iugularibus externis, Venas: à Carotidum ramo externo, Arterias: à primo & secundo colli pari, *e* Neruos recipit: cuius vsus, Caluæ esse tegumentum.

Pinguedo autem, sub cute circa occipitium, obseruatur.

At Panniculus carnosus, cuti potissimum circa *f* frontem adhęret, ibiq; crassissimus existit.

a *de pilorum generatione & differ. egit Hipp. de nat. pueri, de carnib. de gland. Plato in Timæo. Ar. 5. gen. an. 3. 3. hist 11. Gal. 2. temp. 5.*

b *2. temp. 5.*

c *de vsu vide 11. vs. part. 14.*

d *Cutis capitis crassissima, Ar. 5 gen. anim. 3.*

e *Ar. 3. hist. 11. sentire negat, contra hoc Gal. 16. vs part. 2.*

f *11. vs. part. vbi de differentiis cutis agit.*

PERICRANIVM, PERIOstium & *Musculi circa Caput.*

Pericranium *a* huic subiacet, membrana mollis, tenuis, cranium extrinsecus ambiens, à dura Meninge, Cranij suturas transeunte, enata.

Perioſtium verò, membrana est ner-

a *Arist. 1. hist. 7. Calua cute gracilenta obducta 3. hist. 13. de hac Galen. 8. vs. part. 9.*

uea, tenuissima, *b* ossibus extrinsecus validissimè adhærens, exquisiti sensus, cuius beneficio omnia ossa sentiunt, exceptis dentibus, qui hac membrana non cinguntur, sed aliunde sensum habent.

b Arist. 3. hist. 12. ambit singula ossa membrana.

Musculi circa caput varij sunt: alij enim à Caluariæ humiliore sede originẽ ducunt, de quibus in colli historia: alij cuti frontis substrati, eam rugosam reddunt: nonnunquam & cuti pilosæ subiacent, à quibus & capilli & aures mouentur: alij deniq; maxillæ sunt, de quibus suo loco.

a OSSA ET SVTVRÆ *Crany.*

CRanium seu Caluaria dicitur id os, quod totum cerebrum ambit, & veluti galea *b* quędam est, quod non *c* ex vno osse, ne caluaria ex vnico vulnere vndique frangatur, sed ex *d* pluribus est compositum, quę beneficio Suturarum, duarum serrarum compagem imitantium, *e* securitatis gratia articulantur.

f Suturæ duplices sunt, (rarò enim caput *g* sine suturis reperitur) propriè & communes. Propriæ, vel veræ, vel mendosæ.

Veræ tres sunt,

I. Anterior *h* coronalis, frontis os à syncipitis ossibus distinguens.

II. Posterior *i* Lambdoidea, occipitis os à syncipitis separans, quæ aliquan-

a de his Gal. 8. vs. part. 9. 9. eiusdem 1. lib. de ossib. 1. Arist. 3. hist. 7. 2. part. an. 7.
b 8. vs. part. 9.
c 9. vs. part. 17.
d Ibid. & Arist. 3. hist. 7. cani, ex osse continuo: homini, cõpacto. 2. part. an. 7.
f de suturis egit Gal. 9. vs. part. 17. & de ossib. 1. meminit & Hipp. de vulnerib. cap.
g sine suturis visum Arist. 1. hist. 7. & 3. eiusd. 7. Celsus lib. 1. cap. 8.
h στεφανιαία 9. vs. part. 7. & 17. alijs arcualis, puppis.
i λαμβδοειδής à fig. Λ Gal. l. c. & ὑψιλοειδὴς: alijs Laudæ, proræ.

do ſutura tranſuerſa diuiditur, aliquando ſutura vel duplici, vel triplici circumſcribitur, & oſſicula Triangularia dicta, à quibuſdam in Epilepſia commendata continent.

k ὀβελιαία & ῥαβδοειδής. Auic. nerualis: Zeudeck Meſuao: alijs recta, virgalis.

III. Inter has media *k* Sagittalis, quę ſyncipitis oſſa diuidit, & aliquando ad naſum vsque deſcendit.

Mendoſę, quę commiſſuræ potius dicendæ, ſex ſunt, vtrinq; ſupra aures vna *l* ſquamiformis dicta.

l λεπιδοειδεῖς ῥάφαι 9. vſ. part. alijs κροταφῖται temporales: Auicen. Corticales.

II. Cuneiformis, à ſummitate prioris deorſum ducitur ad principium ſuturæ communis.

III. Obliqua, ad capitis baſin iuxta proceſſus mammillares Lambdoidi cōtinua *m* ſimplex linea videtur.

m Lambdoidis ſuturæ additamentum, Galen. de oſſib. 1. aliis Lambdoides harmonialis, vel inferior.

IV. Linea eſt tranſuerſa & breuis, & in rimam cōmunem ſphęnoidi cum temporum oſſe deſinit.

V. Tranſuerſa in anteriore & interiore caluaria, ab oſſe ſpongoide in narium cauitatem pertingit.

VI. Sub narium oſſibus ferè quadrata, obliquê ſphænoidis foramen accedit.

Communes ſunt caluariæ cum maxillæ ſuperioris oſſibus quinque.

I. Circa ſuperciliorum finem, frontis & maxillæ oſſi communis.

II. In oculi ſede externa quaſi gemina, ſuperior ſphænoidi & maxillæ oſſi primo communis: inferior ad dentium radices abit, ſphænoidis & maxillæ oſſi quarto & quinto cōmunis.

III. *n* In oculi ſede interna & nariũ cauitate obliquè ad naſi ſummum.

IV. Temporalis oſſis proceſſum, cum proceſſu oſſis primi maxillæ (os iugale dictum) committit.

V. Inter proceſſus alares oſſis ſphænoidis ducitur, & ſphænoidi cum ſepto narium communis eſt.

Harum vſus eſt, vt cerebri *o* ſpiracula ſint, quò craſſa, fuliginoſa excrementa exhalent: dein vt craſſa meninx cranio alligetur, & traiectis ſuis filamentis *p* Pericraniũ & Perioſtium conſtituat: tùm vt vaſa alia intrò, *q* alia foràs excidant.

Sed præter ſuturas, Cranium ipſum craſſum, *r* rarum ac cauernoſum exiſtit: craſſum, ad contentorum ſecuritatem: rarum, ne oneri ſit: cauernoſum, *ſ* ad fuliginum tenuiorum tranſpirationem. Duplex namque eſt Caluariæ *t* tabulatum (maximè ad ſuperciliorum ſedem conſpicuũ, quorum externum lues venerea aliquando exedit) quo per ea Venæ & Arteriæ ferantur, & ſanguis cum ſpiritu pro Cranij nutritione, & vita effundantur.

n *Gal. de oſſ. 2. ſutura comunis, cum qua & præcedentem iunxiſſe videtur.*

o *9. vſ. part. 1. & 17. 11. eiuſd. 18.*

p *8. vſ. part. 9. 9. eiuſ. 17. 11. eiuſd. 18. At Ariſtoteli vt caluæ capacitas ſit amplior 2. part. 7.*

q *9. vſ. part. 17.*

r *1. vſ. part. 18. & rotundum Ariſt. 1. hiſt. 7.*

s *9. vſ. part. 1. & 2. 11. eiuſd. 19.*

t *duplex lamina Barbaris: alij ſquamas vocant, vulgò tabulæ & diploæ dicuntur.*

OSSA CRANII.

Oſſa capitis *a* duplicia ſunt, alia Cranei, alia Maxillarũ. Cranei, in adultis quatuordecim ſunt, quorum alia ipſi propria, alia Cranio cum maxilla ſuperiore communia.

Propria duplicia, alia ſcutellam con-

a *ſex Ariſt. 3. hiſt. 7. at propria intellexit: ſeptem Gal. lib. de oßib. 1. 11. vſ. par. 18 19. 20. Hipp. de oſſium natura.*

ſtituẽtia, ſex numero, frontis vnum, ſyncipitis duo, occipitis vnum, temporum duo: alia auditui inſeruiunt, in qualibet aure tria, malleus, incus, ſtapes. Communia duo Cuneiforme & ſpongioſum. Horum quædam cauitatibus, quædam foraminibus, quędam etiam proceſſibus & appendicibus, donantur.

b ſextum eſt Galen. de oſsib. 1.

Primum eſt os *b* Frontis circulare, qđ ſutura coronali & ea quæ capiti & maxillæ ſuperiori communis eſt, diſtinguitur, in quo ad ſupercilia vtrinque *c* foramen, materiam Medullæ ſimilem continens: vel vt aërem ad olfactum contineat: vel oculos humectet: quod proceſſibus duobus donatur, altero ad oculi angulum maiorem, altero ad minorem, pro orbitæ parte ſuperiore. Foramina tria habet, alterum interius, duo exterius pro nerui ad frontem tranſitu.

c à Galeno, Theophylo. & Oribaſio prætermiſſa.

d primum & ſecundum os eſt Galeno de oſsib. 1.

d Secundum & Tertium Syncipitis, quæ cauernoſa & quadrilatera, quę aliorum reſpectu rariſſima & infirmiſſima, quæ inter ſe ſutura ſagittali, poſterius lambdoidea, anterius coronali, inferius ſuturis ſquamoſis diſcernuntur: cauitates intrinſecus ſuperficiales habent: foramina quoque extrinſecus exigua pro neruulorum tranſitu.

e quintum, de oſsib. 1.

e Quartum Occipitis, quod rotundũ & communiter vnicum, aliquando ex tribus compoſitum, denſiſsimũ, firmiſſimum, verùm ad foraminis latera, tenue,

lamb-

ambdoidea ſutura à ſyncipitis oſſibus diſtinctum: foramina quinq; habet, horum maximum iuxta primam vertebram pro Medullæ tranſitu; reliqua minora ad Arteriarum & Venarum ingreſſum, Neruuorumque egreſſum. *f* Ad huius baſin anterius proceſſus duo lati, cartilagine tecti, qui ad capitis motum in vertebræ primæ ſinus inſeruntur: at poſteriꝰ proceſſus paruus, vt vertebrę primę iungatur: ſinus nouem habet, interius ſeptem, exterius duos.

f *in canis & taxi cranio, ab occipitis oſſe aliud os triangulare procedit, quod inter cerebrum & cerebellum fertur.*

g Quintum & ſextum ad aurem Lapidoſa dicuntur, quorum quoduis appēdicem habet ſtyloïdem, & tres proceſſus: primus Mammillaris: alter proximus in longum protuberans, in quo camerna oblonga, Labyrinthus dicta, oſſicula auditus continens: tertius oſſis iugularis portio eſt. Sinus duos habet, exteriorem, quo maxillam inferiorem recipit: & interiorem. Foramina duplicia, externa ſex, & interna duo.

g *tertium & quartum Gal. de oſſib. 1. alÿs oſſa temporum, ſaxea, parietalia, arcualia, ſquamiformia, mendoſa.*

h Septimum à forma Sphœnoides ſeu Cuneiforme, ad cuius ſellam antrum foraminulentum, vt aër inſpiratus, ad ſpiritus animalis nutritionem elaboretur. Proceſſus plures habet, quorum duo inſignes extra cranium ad palati latera πτερυγοειδᾶς, quod veſpertilionum alas referant, nominantur, ſinuq; oblongo donātur: dein quatuor parui intra cranium, qui ephippij ſeu ſellæ Turcicæ formam

h *11. vſ. part. 10. de oſſibus. 1.*

relinquunt, ſinumq; qui glandulam pituitariam excipit. Foramina decem habet, in oculi orbita quinque, in caluariæ baſi totidem.

i ex Hipp. 8. vſ. part. 9.

i Octauum Spongoides, propter foramina, quæ, vt Spongia habet anfractuoſa, quod proceſſum habet ſuperiorem in oſſis medio criſtam galli referentem; cui vtrinque pars foraminulis frequentibus cribri modo pertuſa, adiacet; & proceſſui ſuperiori, alius infernè nares diſtinguens, apponitur, huicque pars cauernulis ſpongiæ inſtar præditis, in narium parte ſuperiore accumbit, ne aër frigidus inſpiratus, viribus integris rectà in cerebrum ſe inſinuet, immodiceque refrigeret.

MENINGES *a* CEREBRI.

a *de his Gal. 8. vſu part. 9. 9. ad. anat. 1. & 2. Ariſt. 3. hiſt. 13.*
b *9. ad. anat. 2.*

SVb Cranio membranæ duæ, Meninges *b* dictæ, craſſa & tenuis, occurrunt.

c *9. ad. anat. 1. παχεῖα μήνιγξ ſeu σκληρὰ μῆνιγξ.*
d *Arabes, Matres: Macrobius, omenta vocauit.*
e *9. ad. anat. 2. Ariſtot. 3. hiſt. 13.*

c Craſſa ſeu dura mēbrana vel *d* Mater, quod reliquis ſit craſſior & durior, cranij baſi, præterquàm vbi glandula pituitaria ſita, firmiſſimè adhærēs, oēm eius interiorem faciē ſuccingit, ita tamen, vt cerebro *e* ſit contigua, ne ipſius eleuatio & depreſſio impediatur: membranis tenuibus ſuturis cohæret, quę Cranio egreſſæ, præſertim circa ſuturam Lambdoideam extenduntur, quæ in progreſſu coaleſcentes, Pericranium & Perioſtiū, cum duplex exiſtat, à quibus reliquæ to-

tius

ius corporis membranæ ortum ducũt, constituunt.

f Reduplicatur in capitis vertice, Cerebrum in dextrum & sinistrum separãs, quæ Reduplicatio corpus Falcem referens (quæ crassæ membranę processus superior dicitur) constituit: at vbi à Cerebro Cerebellum distinguit, *g* quadruplicatur. Dum autem reduplicatur,

f *9.vs.part.5. 9.ad. anat.1.*

g *9.ad.anat.1.9. vs.part.6.*

Sinus, instar riuorum sanguinem & spiritum vehentium, quatuor constituit, *h* quorum duorum origo est ad basin occipitij iuxta suturæ lambdoidis latera, vbi Venæ & Arteriæ se exonerant: qui sinus ad suturam Lambdoideam coniunguntur, & sinum tertium, qui Vena *i* dicitur, efficiunt: qui per Capitis longitudinẽ sub sagittali sutura delatus, ad summas nares abit. Verùm eodem loco, ad sinuum duorum cõcursum, quartus apparet, qui inter Cerebrum & Cerebellũ, ad glandulam pinealem abit, cuius principium *k* Torcular dicitur.

h *Fallop. in obs. sinus decem agno cit: at in instit. sex statuit.*

i *9.ad.anat.1.*

k *ληνὸς Herophilo. 9.ad. anat.1.9. vs. part.6.*

Per hos sinus sanguis *l* cum ipsius gratia sint cõstituti, fertur: & ab ijs vtrinque *m* rami, Venulæ reptitiæ dictæ, & sursum, ad Cranij duplicationem, & Pericraniũ: & deorsum, ad tenuem Meningem, Cerebrum, Cerebellum, pro earũ partium nutritione & vita prodeunt, qui graciles ad sinus medij latera conspiciuntur.

l *his aliquando dehiscentibus, tantum sanguinis è naribus profluuiũ excitatur, vt vigintiquatuor libras effluxisse, obseruatum fuerit: in tali casu non fronti, sed vertici, & suturæ coronali remedia adhiberi debent.*

m *9.ad.anat.2.*

Vsus, Cerebri esse *n* propugnaculum

n *8.vs.part.9.*

ne ab impressionibus cranij lædatur, & vt idem cum suis partibus integat. Reduplicationis verò vsus, quò vasa tutius ferantur: dein, vt Cerebrum, à Cerebello, & cerebri dextra pars à sinistra diuidatur, vtque ligamenta per suturas, ad Pericranij constitutionem, producantur.

o λεπτὴ μῆνιγξ 8. vs. part. 8. 9. ad. anat. 2. veteres non has solùm, sed omnes membranas Meninges appellarunt, vt ex Hippoc. & Dioclis monumentis colligere est.

p 9 ad. anat. 1.

q 8. vs part. 8. 9. ad. anat. 5.

Pia *o* mater, quæ ob tenuitatẽ, tenuis Meninx & χοροειδὴς, cum totius cerebri Venas & Arterias, ne suo situ in motibus dimoueantur, contineat: Membrana est *p* tenuis, mollis, exquisiti sensus, quæ & Cerebrum, eiusque partes obtegit, continet ac *q* constringit (ea enim partes nudatæ extrorsum diffluunt) & anfractus, vsque ad Ventriculorũ cauitatem internam, vt etiam in profundo fit coniuncta, ingreditur, & extra Cranium, Spinæ medullam & neruos obtegit.

Vsus, Cerebrum, Cerebellum, cum Spinali medulla tegere, stabilire, & vasa omnia, quæ in eo sunt, colligare.

VASA PER CEREBRVM *disseminata.*

a 9. ad. anat 3. & 8. vs part.

VAsa per cerebri *a* substãtiam candidissimam disseminata, sunt Venæ & Arteriæ; Venæ, vel sunt venarum Iugularium rami, & quidẽ quinque, vel Sinuum duræ matris propagines.

A' Iugulari interna, duæ: prima, occipitij ossis foramen, neruorum pari sexto pa-

cto paratum, crassæ meningis sinum subit. Altera per cuneiformis foramen septimum ingrediens, crassæ meningis basi alimentum defert.

A Iugulari externa, venæ tres: prima, iuxta pcessum mammillarem per temporis ossis foramẽ, Sinum crassę meningis subit. Altera, foramen quod pro neruorum pari secundo exsculptum, per crassam meningem disseminatur. Tertia per cribrosi ossis foramen in crassam membraná distribuitur: & hæ duæ partem anteriorẽ nutriunt, cum ad eam Sinus tertius non pertingat. His & ceruicalem venam addunt.

Arteriæ sunt quatuor, quæ arteriarum Carotidũ & Ceruicalis soboles sunt, Carotis ramum externum per faciem, internum postquam linguæ & laryngi surculos largitus est, ad caluariæ basim in ramos duos impares diuiditur. Arteriarum prima, per foramen proprium in osse temporũ, ad ossis cuneiformis sellam delata, sub dura matre, Rete mirabile constituit: mox duram matrem perforans, portionem minorem, per cuneiformis ossis foramen secundum, extra caluariam cũ Neruo optico ad oculos mittit: at maior portio ad glandulæ pituitariæ latus ascendens, ad neruorum Opticorum initium, per tenuem meningẽ & cerebri substantiam disseminatur. Arteria secunda, in narium cauitatem, & in

duram matrem, cum Vena secunda distribuitur. Arteria tertia, cum Venæ iugularis ramo interno per occipitis foramen primum, Sinum duræ matris subit. Arteria quarta, quę ceruicalis dicitur, per processuum tarsuersorum ceruicis foramina & occipitij maximū foramen Caluariam subit, & sub Cerebri basi media cum coniuge ad neruorum par secundū repit, tenui meninge cōplicatur & Plexum choroidem constituere censetur.

Præter hæc vasa, Sinus est duræ matris, in quem Venæ tres & Arteriæ duæ sanguinem effundunt, quare Sanguiductus dicitur, qui in Sinus quatuor diuiditur, à quibus ramuli vtrinq; exigui, sanguinem in Cerebri substantiam tam pro nutritione, quam pro vita distribuentes.

PARTES CONTENTÆ.

Cerebrum. a

CErebrum *b* animalis facultatis sedes, in capite propter *c* oculos locatum, cauitatem ipsius Caluæ, cuius formam refert implēs, relicto tantum ad ipsius naturalem motum diastolen & systolen spatio, diuiditur in partē *d* anteriorem, quæ Cerebrum: & posteriorem, quæ *e* Cerebellum: cuius tanta moles, *f* vt librarum quatuor & etiam quinque pondus æquet.

At Cerebrum mediante crassa Meninge duplicata, falcē constituēte in *g* partes

a ἐγκέφαλις *Gal. 8. vs. par. & 9. ad. anat.*
b *nonnullis anterius cerebrū 9. ad. anat. 2.*
c *vs. part. 4*
d *8. vs. par. 2. & 6.*
e παρεγκέφαλις.
f *Homo inter omnia animalia plurimum cerebri habet, scil. proportione sui corporis. Arist. 1. hist. 16 et inter homines mares plus quam fœminæ, Ar. 2. part. an. 7.*
g *9. ad. anat. 2.*

ꝰs duas æquales, dextram atque ſiniſtrã ꝭparatur, quò per hãc diuiſionem ſinus, n quibus vaſa exigua ſunt, feratur: anteius verò in tubera abit, quæ vulgò proeſſus mammillares dicuntur.

Subſtantia *h* eius alba, ratione mateiæ ſpermaticæ, & ratione finis, vt ſpiriꝰus animales ſint limpidiſſimi: mollis & numida, vt facilior ſit ſimulachrorũ impreſſio: carnis peculiare genus, quæ anfractus varios orbiculares, inteſtinorum modo contortos habet, ne *k* vaſa Cerebri motu aſſiduò rumpantur: intrinſecus verò, ſi diſſeces, circa ipſius mediũ, medulla alba apparet, per quam *l* vaſa exigua etiam ad ventriculos deſcendentia feruntur, & ſi comprimatur, copioſè *m* ſanguineæ guttæ conſpiciuntur: ad latera Cerebrum flaueſcens occurrit.

Cerebro vtrinque à connexu mutuo leuiter *n* digitis, vſque ad venam in longum inibi porrectam diuiſo, quæ notandæ magnitudinis, & à qua vtrinque rami in *o* Cerebrum diſpergũtur, corpus ſubſtantia Cerebri magis albicans, ex eius medulla conſtitutum, durius tamen calli naturam referens (quare corpus *p* calloſum) apparet, cui

Septum *p* tenue, ita vt extenſum pelluceat, laxum *p* & rugoſum (eiuſdem cum cerebro ſubſtantiæ) ſubiacet, & vẽtriculos lateribus internis diſtinguit. *q*

Cerebri ſubſtãtia ad corpus calloſum

h *Hipp. de glandulis, glandulæ ſimilis: Platoni, medulla.*

i *variam compoſitionem appellat Gal. 8. vſ. part. 13.*

k *anfractus hi, ſeu conuolutiones ſeu gyri, Ariſtoteli leuitatis cauſſa: Eraſiſtrato intellectus gratiâ: cui obijcit Gal. aſinos, qui magnos habent & tamen intellectu careant 8. vſ. part. 13.*

l *9. ad. anat. 2. Hippoc. de ſacro morb. cõtra Ariſt. 2. part. 7. 1. hiſt. 16*

m *Pelopi Venæ à Cerebro, quia credidit ibi ſanguinẽ extra Venas conſiſtere.*

n *9. ad. anat. 2. & 3.*

o *9. ad. anat. 3.*

p *τυλλῶδες σῶμα. 9. ad. anat. 3.*

q *anno 1582. in Barone Bona courtio, hoc loci tumorẽ ſcirrhoſum, aperto capite, reperi.*

vtrinque ablata, & calloſo corpore ſublato, extuberantiæ duæ occurrunt, quibus cauitates incumbunt, quas veteres Ventriculos *r* vocarũt, dexter & ſiniſter tenui *ſ* tantum meninge diſtincti, Superiores & Anteriores dicti, qui obliqui, anfractuoſi, ſemicirculares, membrana tenui obtecti, in quibus ex aëre per Olfactus organa inſpirato, vitalique ſpiritu per Arterias Carotides delato, animales ſpiritus confici volunt: alij verò eos ſolùm ſpiritus animales à plexibus Choroidibus effuſos, tanquam promptuaria continere ſtatuunt. Horum ſubſtantiæ venæ graciles, à vaſis plexum choroidem conſtituentibus deductæ, connaſcuntur.

r κοιλίαι: *de Ventriculis 8. vſ. part. 10. 11. 12. & 9. ad. anat. 4 de diſſect. ner. 2. ventriculi veteribus & pleruq; recent. ad Herophyli & Galen. imitationem, quatuor ſunt: Valuerdæ & Archang. tres in cerebro. Varolo duo: at Arantio ſex.*
ſ de diſſect. ner. 2.

At parte poſteriore, eminentiæ duæ apparent, quę corpus quod *ſ* Fornix ſeu Teſtudo nominatur, conſtituunt, cuius ſubſtantia dura, candida, trianguli figura, duobus fulcris parte poſteriore, tertio anterius donatur: foris gibbum, vt Cerebri molem ſuſtineat, ne Ventriculus tertius qui ſubiacet, cõprimatur, intusq; cauum. Inter hæc,

ſ de hoc 8. vſ. part. 11. 9. ad. anat. 4. ψαλλοειδὴς καὶ καμάριον.

Plexus *t* Choroides, ſeu Reticularis eſt, ex venis & arterijs quæ tenuibus mẽbranis continentur, enatus cenſetur, in quo Spiritus animales alij præparari, alij abſolui *u* volunt.

t 9. ad. anat. 3.
u in his ſpiritus generari vult Columb. ſuum dicens inuentũ, quod tamen Galeno tribuit Archang.

Sublata verſus poſteriora Fornice, Rima longa, Ventriculus tertius dictus *x* con-

x 9. ad. anat. 4. cui etiam meatus & cõmunis cauitas dicitur 8. vſ. par. 12.

onſpicitur, meatus *x* duos obtinens: vnum parte *y* anteriore ab Infundibulo pituitam recipiente, efformato, qui deorſum rectà ad glandulam pituitariam fertur: alterum *z* poſteriùs peculiari *a* mébrana, meningis eſſentia, tectũ, quod foramen ano ſimile dicunt, & ſub Natibus ad Ventriculum quartum, vt ad eum Spiritus animales deferantur, abit.

y *foramen ſublime ceu quoddam infundibulum. 9. ad. an. 4.*
z *meatus maximus tertij ventriculi 9. ad. anat. 4.*
a *9. ad. anat. 5.*

Ad huius meatus exortum, *b* Glandula venæ *c* ramis incumbens adpoſita eſt, ſubſtãtia duriuſcula, ſublutea, membrana tenui, cuius *c* interuentu abſconditur, obducta, nucleo pini ſimilis, vnde *d* Pinealis, alijs Penis *e* Cerebri dicitur, quæ venarum & arteriarum per Cerebrum latarum diſtributioni *f* præeſt: quibuſdã tamen *g* vt ſpirituum tranſitui præſit, qđ tamen à Vermiformi *f* proceſſu fieri poteſt.

b *De Conario ſeu corpore Conoide, id eſt, turbinato. 9. ad. an. 3. 8. vſ. part 14.*
c *9. ad. anat. 3.*
d *κωνοειδὴς.*
e *Columb. & Archang.*
f *8. vſ. part. 14.*
g *negat Gal. 8. vſ. part. 14.*

Huic quatuor *h* rotundæ eminentes partes, eiuſdem cum Cerebro ſubſtantię ſola linea diſtinctæ, adponũtur, quæ Cerebello remoto rectiùs conſpiciuntur, quarũ ſuperiores maiores, à forma *i* Nates: inferiores ob glandulam proximam, vulgò *k* Teſtes nominantur. Harum vſus, Cerebri molem, ne Ventriculus quartus comprimatur, ſuſtinere: alijs, vt glandulam ad occludendum ipſius foramen, propellant. His enim eminen[illegible]s per medium, ſtylo per foramen Ano ſimile indito, diuiſis

h *9. ad. anat. 5.*
i *γλουτία. de his 8. vſ. part. 14. & 9. ad. anat. 5.*
k *δίδυμοι. 9. ad. anat. 5.*
l *cerebelli ventriculum vocat Gal. 8. vſ. part. 12. & 14. poſteriorem nominat 9. ad. anat. 4.*

Ventriculus quartus omniũ ſolidiſſimus, ſpinali medullæ inſculptus viſitur, concauitatẽ *m* veluti ſectionem habens, cuius finis, cum vtrinq; in latus attollatur, calami ſcriptorij mucronem refert. *n*

At parte anteriore ſupra Ventriculi tertij foramẽ primũ cauitas eſt ꝓfundior ex tenui Meninge facta, initio amplo, ſenſim in Canalem anguſtata, quæ Peluis dicitur, ceu *o* quoddam infundibulũ, Cerebri excrementa recipiens, ad craſſiſſimam Glandulam *p* pituitariam, ſub ipſis Meningibus ad finem infundibuli in ſphœnoidis ſella poſitam, tranſmittit, quæ excrementa ſuſcipit, & in Palatum deijcit. Quibuſdam etiam huius glandulæ vſus, vt duram Meningem premẽdo, Infundibulum occludat, ne ſpiritus animales egrediantur.

Huic Rete mirabile, *q* ab operis artificioſa figura dictum, à Sellæ lateribus, ex arterijs Carotidibus conflatum circumponitur, in quibus arteriolis ſpiritus vitales præparari, & in animales, in Plexu reticulari, vi à Cerebro accepta, trãſmutari, ſunt qui ſtatuant.

r Cerebri vſus præcipuus, vt ſpiritus animales, ex ſanguine arterioſo ſpiritu vitali perfuſo & aëre per nares inſpirato, in ipſo elaborentur & *ſ* contineantur: Nerui *t* & Spinalis medulla ab eo prodeant, cuius ſubſtantia, licet ſenſus & *u* motus animalis (non tamen naturalis) ſit ex-

m 9 *ad. anat. 5. ſic Herophilus aſſimilauit calamis qui in Alexandria adaptantur.*

n *memoriam in hoc ſitã eſſe, volunt Albertus Thomas, Scotus, &c.*

o 9. *ad. anat. 4. de quo 9. vſ. part. 3. & 9 ad anat. 3. πύελον, aut ab Infundibuli ſimilitudine χοάνην Græci vocant.*

p 9. *vſ. part. 3. adeň extra craſſam meningem eſt.*

q *πλέγμα δικτυοειδὲς 9. vſ part. 4. plexus retiformes. 9. vſ. part. 8.*

r 8. *vſ. par. 2. & 3. at Ariſt. vſus eius ad ſalutem totius naturæ, 2. par. anim. 7. vel vt calorẽ cordis moderetur: contra quod Galen. 8. vſ. par. 2. diſputat.*

s 8. *vſ. part. 13. 9. eiuſ. 4. 12. meth. 5.*

t *de diſſ. neru. 1. 1. vſ. part. 16. 8. eiuſd. 13.*

u *de Cerebri ſenſu & motu 8. vſ. part. 2.*

sit expers, attamẽ & sensus & motus voluntarij principiũ & origo est, cùm omne imperiũ ad noxij fugã largiatur, & omniũ sensibilium impressionẽ percipiat.

Quare Nerui à Cerebro *x* tanquam principio à quo, siue principio dispensationis, virtutem animalem accipiunt, facultatem sentiendi & mouendi, spiritus animalis vehiculo in instrumẽta sensus & motus deuehũt: dum enim Cerebrum se contrahit, spiritum animalem in cerebri substantia elaboratum, per neruos in sensuum & motuum organa propellit: vel, vt volunt plerique, à superioribus ventriculis coarctatis, in tertium, ex hoc in quartum, & ex hoc in Neruos protrudit. x *1. vs. part. 16.*

SENSVVM ORGANA,
seu Nerui.

SEnsuum organa quinque succedũt, quæ à Cerebro ortum ducere dicũtur (mediatè nobis, alijs immediatè) inter quæ olfactus primum occurrit de quo paucis, idq; secundum communem Anatomicorum sententiam.

Odorandi *a* instrumentum, quod odores sentit, Nasus non est, licet *a* olentium rerum sit semita: nec eius *b* tunica interior, sed intra cranium processus duo sunt (processus mammillares dicti) neruis similes, qui tenues oblõgi, membrana tenui obuoluti, ex anteriore & inferiore Cerebri *c* substantia iuxta Ner-

a *Gal. de Instrum. odor. 1.*
b *de Instrum. odor. 3.*
c *Vesalio à cerebri basi media.*

uos Opticos pronati, ad ossa spongiosa abeunt, vt ad eos odores per nares attracti ascendãt, & ab ijs ad ipsum Cerebrũ ferantur. Hi etsi ratione officij *d* Nerui dici mereantur, ijs tamen non adnumerantur, quia cranio non excidunt, nec Neruorum *e* productiones, vt reliqui omnes habent.

d & Gal.9.vs.part. 8.vocat productiones ad nares: sic & alias productiones ad oculos, &c.

e 9.vs part.9.

f Nerui etsi omnes à *g* Cerebro prodeant (mediatè) ab ipsius tamen *h* Medulla (immediatè) prodeunt: alij quidẽ dum hæc medulla adhuc in cranio est, qui Cerebri, & communiter *i* coniugationes septem dicuntur, etsi quidam nouem enumerent. Alij verò ab hac medulla vbi è Cranio per vertebrarum media foramina fertur, spinalisque medulla dicitur producuntur, & quidem coniugationes *k* triginta. Nulla etenim *l* pars est, quæ vel motum volũtarium, vel sensum sine Neruo habeat: si namq; *l* Neruus fuerit incisus, pars & sensu & motu statim priuabitur.

f Neruos explicat lib de dissect. neru. & 9.vs.par.8.ad.cap.15.

g 8.vs par.13. dissect. neru.1.

h hac voce & veteres vsi.8.vs.par.4.

i συζυγίαι. 9.vs.par. 9.diss.neru.1.

k 7.plac.8.

l diss.neru.1. omnes nerui vtramq; habent facultatem vide 7.ad.anat.8.

I. *m* Coniugatio est Opticorum seu Visoriorum ab actione sic dictorum, qui & meatus visorij, quia soli *n* meatũ sensibilem habent: omnium cerebri coniugationum maximi, omnibusque alijs neruis molliores & motoriis principaliores, cum in eis *o* visionis præcipua pars cõsistat, supra os *p* Sphœnoidis ad Spiritum modò ad vnum oculum, modò ad alterũ recursum, vniti: mox, (vbi infun-

m πόροι ὀπτικοί. meatus visorij Herophilo de diss.neru. 2.9.vs.part.8.

n diss.neru.2.

o 9.vs.part.8.

p Vesalio, à cerebri basi media: Columbo, ab anteriori cerebri basi.

infundibuli collum transit) separati, per foramen quod tantę prorsus latitudinis, quantæ neruus crassitudinis, extra caluariam delati, alter ad dextri, alter ad sinistri oculi (quasi eius foret radix) parte posteriore *q* centrum, visiuos spiritus deferens, abit: at hi, non vt cæteri omnes in fibras *r* dissoluũtur, sed quilibet intra oculum expanditur, & nil à Cerebri natura differens, vitreum humorem ambit, quo loci non amplius neruus, sed Retina tunica dicitur. Hos in caluaria vtrinq; rami Arteriarum carotidum tangunt.

II. *s* Coniugatio quæ ab illa tantum *t* osse *u* tenuissimo distinguitur, est Motoriorũ, quæ minor & durior, quæ postquam per foramen proprium, non vt illud *x* rotundum, sed prælongum (cum duo nerui essent transituri, hic nimirum, & ramus alter tertij paris qui ad maxillã abit) caluaria excidit, ad oculi & palpebrę musculos singulos ramos satis *y* magnos, quia molliores quam motorijs cõueniat, ad motum mittit.

III. *a* Coniugatio linguæ *b* sensificorum seu *c* Gustatoriorum, prædictæ, at non *d* in exortu, adiacet: quę non ex Cerebri partibus posterioribus, quia eæ duræ sunt: nõ ex lateribus, quia via tuta nõ fuisset, sed ex cerebri basi vbi pars anterior *e* cum posteriore connectitur, tum propter securitatem, tum propter linguę situm, prodiens; verùm statim in radice

q *in brutis non in centrum, sed longè inferius cum ad latera prospiciant.*

r *dissect. neru.* 2.

s *de hac de diss. neru.* 3. 9. *vs. part.* 13.

t *diss. neru.* 3.

u *Vesalio, ex lateribus basis cerebri: Columbo, primo proximum.*

x 9. *vs. part.* 8.

y 9. *vs. part.* 13.

a *de hac* 9. *vs. part.* 8. & 13. & *de diss. neru.* 4. & 5.

b 9. *vs. part.* 8.

c *dissect. neru.* 5.

d *diss neru.* 4. *Vesalio exoritur à latere basis cerebri, vbi dorsalis medulla ab ipso initiũ sumit. Columbo retro magis versus lateralẽ partem.*

e 9. *vs part.* 9.

quam plures & tenues videntur, ac coniuncti, per crassam meningem progressi, in duo primum scinduntur: mox vtrinq; in multas particulas diuiditur: at plurima pars, in linguæ tunicam, ad gustum dispergitur. Illorum alter *f* ad maxillam superiorem per foramen secundi paris transmittitur (nolens aliud foramen efficere, ne os inter foramina tenuius redditum, læsioni magis sit obnoxium) ad musculos temporales, & mansorios, & omnes alios à maxilla superiore exortos pro motu, qui duriores ex viæ *g* longitudine (& Cerebrum & Spinalis medulla paulatim producta, duriora redduntur) effecti: præterea gingiuis, dentibus, labio superiori ac cuti faciei ijs sensum tribuens. Alter verò ad inferiores maxillæ partes, dentes, gingiuas & labium propagines mittit.

f *quibusdam tertia coniugatio: tertij paris gracilior radix, Vesal. octauam par, Fallopio.*

g *9. vs. part. 13.*

IV. *h* Coniugatio illi proxima, sed minor & paulo durior, eò qđ mēbrana *i* os succingens, durior sit linguâ & alijs oris partibus, quare magis à basi tanquam à paulo duriore cerebri parte emergens, posteriùs locatur: verum statim *k* post exortum cum tertia miscetur, quæ longius lata, dein seiuncta, toti palati membranæ insigitur.

h *de hac 9. vs. par. 10. de diss. neru. 5.*

i *9. vs. part. 9. Vesalio à dorsalis medullæ principio: Columbo, adeò proximè accedit tertio, vt quarti origo, tertij portio esse videatur.*

k *diss. neru. 5.*

V. *l* Coniugatio ad Cerebri basis latera, os petrosum ingressa, in duas partes diuiditur: maior ramus (quo expanso Tympanum generari volunt) Auditus est in-

l *de hac 9. vs. part. 10. de diss. neru. 6. Vesalio ex media propemodum dorsalis medullæ sede: Columbo, quintū par & ipsum ad basim cerebri & à laterali parte circa medietatem.*

est instrumentum, & in aurem ac membranam expanditur; minor foramen cęcum egrediens, deorsum fertur, ac si sextam coniugationem comitaturus esset, ramulos, per primam & secundam vertebram, ad laryngis musculos proprios mittens; vnde sicca tussicula *m* quando aures profundius expurgamus: aliquando etiam ramulos cum quarto, quinto, & sexto brachij, neruo, in totum brachium mittit: imò etiam sæpè spinalem medullam comitatur, ramulos suos vna cum neruis spinalis medullæ, etiam in totum pedem mittens.

m de quā Auicenna, causa consensus aurium, lingua, laryngis.

VI. *n* Coniugatio à basi *o* Cerebri aliquot ramulis initium sumens, mox iuncti neruum maximum constituunt, qui per foramen, per quod iugulares venæ ascenderant, descendẽs, omnibus visceribus ventris medij & infimi ramos largitur: hæc enim cum motum voluntariũ non habeat, neruis durioribus qui à spinali medulla (intellige ꝑpriè dicta) prodeunt, non eguere: sed ne sensus essent expertia, solum sensificis, quò molliores sunt & à Cerebro (intellige eius medulla) prodeunt, præsertim cum viscerum substantia etiam mollis sit. At cum hi longo itinere essent deducendi, ne læderentur, membranis fortibus obducti, corporibus propinquis connexi fuere.

n de hac 9. vs. par, 11.

o Vesalio paulo inferius quam quintũ par aliquot distinctis surculis initium sumit. Columbo, ad posteriora basis cerebri retrò magis quam quintum conspicitur.

VII. *p* Coniugatio Linguam mouẽs, omnium in cranio prodeuntium duris-

p de hac 9. vs. part. 11. & 12.

sima, in postremo *q* occipitio vbi *r* Cerebrum desinit & Spinalis medullæ (proprie dictæ) est initium, varijs radicibus enascitur, mox cum præcedenti, securitatis caussa, membranis fortibus connectitur, quæ foramen obliquum egressa, ab illa seiuncta, maiore sui parte in multas *s* fibras soluta, omnibus linguæ musculis, ramulos ad motum impertit: minor ad laryngis musculos mittitur.

Hoc verò dicto, septem hæ coniugationes comprehenduntur;

Optica prima, oculos mouet altera, tertia gustat,

Quartaq;, quinta audit, vaga sexta, septima linguæ est.

VIII. *t* Coniugatio addi potest quæ ante quintam ratione exortus recenseri deberet, & à quibusdam quinto pari adscribitur, quo multo gracilior est, inter secundam & tertiam cōiugationem anterius fertur, & per foramen secundæ cōiugationis oculi orbitam ingreditur & in musculum, oculum extrorsum trahentem, absumitur. *u*

q *Vesalio incipit aliquot surculis distātibus a dorsali medulla vbi modo calvariam est egressura. Columbo, versus occiput magis originem habet; sed à cerebro nōn cerebello, vt Galen. voluit.*

r *9. vs. part. 12.*

s *9. vs. part. 13.*

t *liceret peculiaris coniugij loco recensere, sed quinti paris minorem radicē vocabo, Vesal. octauum par neruorum cerebri, Columb. quartū par neruorum, Fallop.*

u *Nonum par à naribus prodire, admodum exile, quod apud tertium & secundum par faciem adeat, scribit Columb.*

SPINALIS *a* MEDVLLA.

SPinalis *b* medulla seu Cerebrū oblongatū, per totius spinæ vertebras tanquam *c* viam & firmum presidiū, ne *d* ab incidentibus violetur, defertur, vt ab ea velut *e* altero Cerebro, ne partes capiti subiectæ (cum â Cerebro ad singulas partes ob viæ interuallum deduci non

a *de hac. 12. vs. part. 11. & 15. Sic 13. vs. part. 8.*

b *νωτιαῖον μυελὸν 12. vsu part. 11. & μυελὸς ῥαχίτης.*

c *12. vs. part. 15.*

d *13. vs part. 8.*

non fuerit tutum) immobiles ſint, Nerui reliqui corporis tanquam ſenſus & motus riuuli, prodeunt.

Subſtãtia *e* ipſius quam Cerebri multò durior, & duriorum neruorum principium, ſiquidem ad motionis robur, ꝓductione duriore: ſicut ad ſenſum exactiorem, productione Cerebri molliore opus fuit. Hæc cum Cerebro *f* communia habet, ſubſtantiam, & quod neruorũ etiam ſit principiũ: propria, vt cum Cerebrum & pulſet & moueatur, etſi oſſe immobili contineatur, ipſa tamen non mouetur, licet à vertebris mobilibus cõtineatur.

e 9.vſ.part.11. & 14. eiuſd.5.

f 13.vſ.part.8.

Membranis tribus inueſtitur: prima à ligamẽto valido exactè vertebrarum anteriores partes colligante, quæ parte poſteriore in mẽbranam neruoſam ac fortẽ deſinit, ne *g* in ſpinæ flexione, vel extenſione frangatur: cui humor craſſus & viſcoſus circumfuſus eſt, vt & omnibus articulis & partibꝰ *h* quas moueri oportuit, ne exſiccata dolerent, & ſic actiones labefactentur. Altera à craſſa meninge, quæ à tertia membrana à meninge tenui pronata, ne tantillum ſeiuncta eſt: quarũ hæc, vaſa ipſius colligat, & ſubſtantiam mollem conſtringit: illa verò tegit & aduerſus oſſa tuetur.

g 13.vſ.par.8. Spinalis medullæ membranæ Meninges dicuntur: diſſ.ven. & art.9. ἔλυτρα Hippocr. lib. de arte.

h hoc homines imitati curruum axes ſucco humido ac viſcoſo, quo celerius moueantur, vngunt.

Medulla ipſa à tenui meninge in partes duas diuiditur, ita vt vtrinque cauitas aliqua appareat (hinc Paralyſis vnius vel

alterius lateris) vnde nerui, fibris plurimis in ipsa vertebra iunctis, egrediuntur. At circa Thoracis vertebram sextam vel septimam, ipsa medulla in multos funiculos diuisa, ad ossis sacri finem (quemadmodum enim *i* cum spina cœpit, ita cum ea finit) descendit, vbi sine *k* coniuge est, ipsa medulla in neruos absumpta.

i 12. vs. part. 15. hic notetur propria Spinalis medullæ acceptatio.
k de oßib. 12. de diss. neru. 5.

Neruorum autem paria aliquando *l* viginti nouem, aliquãdo *m* triginta prodeunt, quæ ex distinctis partibus & sedibus colliguntur: ex medulla dum *n* in ceruice est, excepta *o* prima vertebra cõiugationes septem, alijs octo, in totum caput exterius eiusq; musculos dispergit: prima enim & secunda coniugatio, in capitis musculos supernos & ad aures: tertia & quarta, ad musculos genarũ, & musculos capiti & collo communes ipsum erigentes, distribuuntur: at à quarta cum sexta mixta, vni *p* diaphragmati nerui cõmunicãtur. Quintæ pars vnà cũ prædictis retrò fertur, altera verò antrorsum, in musculos genarum, & caput inclinantes mittitur, portiuncula ad scapulę summitatem, eius musculos & cutim, transmissa. Sextæ plurima pars, ad scapularum sima abit. Septima, cum vtraq; propinqua miscetur, cuius pars maxima in brachiũ, vt & ab octaua, maximè ad manus extrema, se extendit.

l 12. vs. part. 15. in neruos octo & quinquaginta spinalis medulla diuisa.
m 7. plac. 8.
n de his. 13. vs. part. 5. vbi octo paria habet.
o 13. vs. part. 4.
p 13. vs. part. 6.

q Post septimã vertebram, iam in vertebris

q de his diss neru. 16. 13. vsu par. 5. & 6. 16. eiusd. 7.

tebris Dorſi vel Thoracis exiſtens, ad ſingula ſpatia intercoſtalia propagines mittit, (quare alijs vndecim, alijs duodecim coniugationes) à quibus portiones per muſculos, & dorſi ac pectoris partes externas, feruntur.

r Ex Spinali medulla, dum in vertebris *ſ* lumborum eſt, coniugationes, aliquando quinque, aliquando quatuor, quæ in muſculos lumborum & hypogaſtrij primum, dein & in crura diſſeminātur, prodeunt. Dum *ſ* verò in oſſe ſacro eſt, coniugationes quinq;, alijs ſex producuntur.

r *de his de diſſ. neru. 17. 13. vſ. part. 7.*
ſ *de his de diſſ. neru. 17. 16. vſ. part. 9. lib. de Oſſ. 11. & 12.*

t In manum verò, ex quinta, ſexta, & ſeptima colli, prima & ſecunda Thoracis coniugatione, propagines modo quinque, modo ſex feruntur. In pedem *u* denique, ex tribus inferioribus lumborum, & quatuor, nonnunquam quinque, ſuperioribus oſſis ſacri, Nerui quatuor diſtribuuntur.

t *de his 5. ad. anat. 3. & 4. 16. vſ. part. 8. de neru. diſſ. 15. & 16.*

u *de his de diſſ. neru. 17. 3. ad. anat. 10. & 11. item 16. vſ. part. 8.*

a CEREBELLVM.

a *de hoc 8. vſ. par. 13. 9. ad. anat. 4.*

Cerebellum *b* quod in poſteriore occipitis parte, vtraque meninge intectum, locatur: ſubſtantia eſt minus quam cerebri dura, oblongis lineis diſtincta.

Proceſſus duos obtinet, qui cum figura *c* vermib. in lignis naſcentibus ſint ſimiles, vermiformes excreſcentiæ ſeu proceſſus dicuntur, & ex multis particulis membrana tenui copulatis cōſtant:

b *ſiue poſterius cerebrum: ſiue ἐγκράνιον, ſiue παρεγκεφαλίδα voces, nil intereſt, 9. ad. anat. 2. Ariſt. 1. hiſt. 7. cerebrum ſyncipiti ſubditum eſt: occiput inane: & 1. hiſt. 16.*

c *9. ad. anat. 5. cerebri particulam dicit: vide 8. vſu part. 14.*

quorum vnus parte anteriore Natibus adiacẽs, Ventriculi tertij meatum apertũ retinet, quod corpuſculũ *d* Ciceris magnitudine dicitur, & cauitatem *d* Ciſternam dictam ingreditur: alter poſterius Spinali medullæ incumbens, impedit ne Ventriculi quarti ductus, qui concauitati *e* Calamo ſimilis, à Cerebello preſſus, obſtruatur.

d Arantius in ſuis obſeru. anat.

e 9. ad. anat. 5.

Verum hi proceſſus, Natibus vtrinq; adiacẽtes, corporibus tenuibus, quę tendines aliquibus dicuntur, illigantur.

ALTERA CEREBRI ET *genuina ſectio.*

CErebri eiusque partium hiſtoria, ex communi Anatomicorũ ſententia propoſita, nunc veram eius fabricam, maximè Medullæ & Neruorũ genuinum exortum, Ventriculorumq; ſtructuram, ad notitiam & explicationẽ cauſſarum affectuum capitis adeò neceſſariam, nunc ab annis viginti octo in noſtro Theatro Anatomico (maximè Nouembri menſe anno 1596. vtraque ſectio in auguſtiſſimo Ducum, Comitũ, Baronum, Cl. Doctorum & Studioſorũ cœtu demonſtrata) oculis omniũ ſubiectam, explicemus: pleraque ex Hippocratis & Galeni fundamentis in Theatro noſtro Anatomico ante triennium edito comprobauimus.

Caput ergo humanum, quamprimũ fuerit à trunco remotum, vel etiam vituli ca-

li caput recentissimum (cum in eo non minus quàm in humano, imò melius, omnibus penè Cerebri partibus maioribus, omnia conspiciantur) accipias, ossa omnia vndique ita remoueas & arte & ingenio, vt dura mater illæsa remaneat, & oculi cum suis neruis appensi adhuc sint; mox Cerebro inuerso, ab infima eius parte, ad Spinalem medullam, sectionem ordieris.

I. Membranas, quibus hæc medulla integitur, leuiter forcipe remouebis: mox exortum ipsum inquires: hæc namque ex radicibus quatuor, duabus quidē maioribus, ab anteriori Cerebri parte, & duabus minoribus, ab inferiore Cerebelli parte, vnitis tamen, coagmentatur & componitur, ipsa spinalis medulla, *a* à qua omnes totius corporis nostri Nerui oriuntur. Etenim Cerebrum in corticem & medullam diuidimus, illa cinerea est, hæc verò alba & solidioris substantiæ. Medulla duplex, alia globosa, altera oblonga: globosa in qua ventriculi duo excauati, cum qua oblonga cōtinuatur: hæc ratione situs diuidi potest in eam partē, quæ in cranio adhuc est, à qua septem paria neruorum prodeunt: vel in eam quæ cranio iam excidit, & propriè Spinalis medullæ nomen meretur, à qua triginta neruorum paria propagantur.

a *neruorum exortus ab occipitio, Hipp. de Oss. nat. Deus neruos extremæ capitis parti circumposuit, Plato in Timæo.*

II. Pontem Cerebelli demonstrabis: vbi namq; Cerebellum à meningib. de-

nudatur & ſpinalem medullam amplexatur, per tranſuerſum proceſſus obſeruatur, ex quo Nerui auditorij *b* prodeũt: quo demõſtrato, duo Cerebelli proceſſus vermiformes, & duæ partes laterales, quæ vtrinque globum conſtituunt, oſtẽdendi occurrent. Inde ad Rete mirabile, Glandulam pituitariam, Infundibuli collum demonſtrandum, te accinges: quę omnia circa Neruorum Opticorum coniunctionem, conſpiciuntur.

b Gal. 8. vſ. part. 13. aſſerit, omnes neruos ſpinali medullæ attributos, à cerebello naſci: at Columb. à cerebello nullum naſci aſſerit.

III. Neruos inquires, & primum Opticos, ex principio truncorum priorum Medullæ in ventriculis, in occipitio *c* penè exortos: dein Motorios, ad intimam partem principij Medullę enatos, qui infra Opticos progredientes, intercuſſationem faciunt: at in ortu, ſic *d* vniuntur, vt ſe mutuo in angulo contangant. Reliqua Neruorum paria, quomodo à Medulla prodeant, ordine demonſtrabis.

c hinc cauteria occipiti infixa, oculis & viſioni magnum vſum adferunt.

d hanc fortè ob cauſam, ambo oculi ſimul ad eaſdem partes mouentur.

IV. *e* Olfactus organa, ſeu proceſſus mammillares inquirito, qui à Cerebri lateribus extremis, ſupra foramen *f* auditus mucrone acutiſſimo exoriuntur, qui ſenſim ad priora vergentes craſſeſcunt.

e in hominibus valdè tenues ac parui: in brutis, maximè canibus multo maiores.

f hæc fortè cauſa, cur ſurdaſtri ex naribus loquantur, quod quærit Ariſt. 11. prob. 5. & Caßius. prob. 23.

V. Ventriculi duo demonſtrandi: medullę namque Spinalis portione in latus retracta, Cerebroq; ad extremitates inciſo, Ventriculi apparent, proportione totius Cerebri magnitudine, eiusq; prominentijs quo ad formam correſpondentes,

dentes, in quibus humor g pituitosus excrementitius colligitur, qui per infundibulum ad palatum defertur. Corpore calloso hi distinguuntur, quod suturæ sagittalis longitudinem ęquat, cuius beneficio Cerebrum, cum id in duas partes sit diuisum, iungitur. Huius partem inferiorem, altera sectio pro Fornice ostẽdit, sub qua tertius ipsis dictus Ventriculus extra Cerebrum consistens, & ex coniunctione duorum truncorum Spinalis futuræ medullæ enatus, cui Cerebri basis vnita superiacet. At quartus dictus ipsis Ventriculus, sinus est inter Cerebelli inferiorem partem, & superiorem truncorum futuræ spinalis medullæ, & quidem, tâm extra Cerebrum, quâm extra Cerebellum. At quia trunci duo minores Spinalis futuræ medullæ à Cerebello, supra maiores truncos distantes progrediuntur, cauitatem calamo scriptorio similem constituunt.

g *Gal. 8. vs. part. 10. ventriculi superiores & præparationi spirituum & superuacuorum expurgationi inseruire scribit. Hippoc. pituitæ locus est in cerebro.*

Iam verò cũ quatuor truncos ad Medullæ (quæ propriè cum Cranio iam excidit, Spinalis dicitur) constitutionem coniungi oportuerit, spatium quod inter hæc est, foramen Ano simile dictum, efformat: quibus proximè Nates & Testes, & quidem extra Cerebrum, circa Medullę spinalis dictæ principia, ex quatuor eius truncis constituti, adiacent.

VI. Plexus glandulosus, qui reticularis dicitur, in ipsis ventriculis tãdem ob-

seruatur, qui aliquando ſubſtantia & colore glandulæ Pineali, quæ ei proxima (& glandularum huius plexus maxima) aſſimilatur. Qui plexus ex membranis latiuſculis è tenui membrana pronatis componitur, ex quarum parte altera, ſecũdum longitudinem vaſculum humore excrementitio plenum appoſitum eſt, per quod vaſa anguſtiſſima feruntur, vbi glandulæ copioſæ, præſertim in Cerebro humido: quare plexus hic glanduloſus videtur creatus, vt Cerebri humiditatem ſuperfluam, aliarum glandularum *h* more, depaſcatur.

h À glandulis totum corpus humido ſuperfluo exonerari, Hipp. lib. de gland. text. 2. ſingularum glandularum totius corporis inductione probat.

FACIES. *a*

CApitis altera pars, quæ glabra & caluæ ſubiecta *b* eſt, Facies in homine *b* vocatur, cuiꝰ pars ſuperior Frõs *c* propriè dicitur, parteſq; cõtinentes & contentas habet.

Continentes communes ſunt, Cuticula, Cutis quæ in facie vt & digitorum extremis, Pene & ſcroto tenuiſſima & variè perforata eſt, Pinguedo pauca, Panniculus carnoſus, in fronte Muſculoſus.

Inter hæc vena Iugularis externa fertur, quæ ſub auris radice in ramum exteriorem & interiorem diuiditur. Interior, oris, faucium & hyoidis muſculos petit, poſtea in ramos tres diuiſus caput intrat. Exterior ad faciem tendit, eius anteriorem & lateralem partem perreptat, & in

a de facie egit Ar. 1. hiſt. 16. at de maximo naturæ ſtudio in hominis decore & pilis in facie, Gal. 11. vſ. part. 14.

b Ariſt. 1. hiſt. 8. in homine duntaxat facies πρόσωπον, quod πρόσωθεν ὄπωπε, antrorſum proſpiciat.

c μέτωπον 1. hiſt. anim. 8. & 9.

& in frontis medio cum ramo alterius lateris iũgitur: inter vtrumq; ramus fertur, qui partim ad tempora, partim ad occiput mittitur.

Arteriæ quin & Carotides (quæ Iugulares internas comitantur) vbi ad fauces peruenere, antequam caluariam ingrediãtur, ramulos ad laryngem & linguam mittunt: & in ramum exteriorem & interiorem diuiduntur. Exterior, soboles ad buccas exporrigit, mox ad aurium radicem diuiditur, & ramulus alter auris posteriora petens, surculos duos de se spargit, quorum alter maxillam inferiorẽ petens, in dentium radices disseminatur, alter labrũ adit: alter tempora frontémque perreptat, & in faciei musculos distribuitur. Interior ramus, ad palatum, internum nasum & dentes superiores ramulos mittit: reliquum iuxta os sphœnoides ascendens, vtrinq; ad oculos arteriam mittit: alij verò ramuli caluariam ingrediuntur & per duræ membranæ latera explicantur.

Continentes propriæ sunt Musculi, Ossa & Cartilagines, Musculi frontis, superciliorum, palpebrarum, narium, aurium, labiorũ, maxillæ inferioris, & buccarum. Ossa, vt frontis, dein Oculorum sex, narium tria, oris sex, vtpote maxillæ superioris duo, inferioris duo, & palati duo.

Contẽtæ seu faciei propriè dictæ partes,

tes, ſunt quatuor ſenſuum domicilia, Oculi, Nares, Aures, Os in quo guſtus inſtrumentum, Lingua, vociſque Larynx.

FRONS, a ET MVSCVLI *Capitis cutim mouentes.*

a *Frons ſub Syncipite inter id ipſum & oculos. 1. hiſt. 8.*
b *11. vſ. part. 14. cauſſa redditur.*
c *11. vſ. part. 14.*
d *11. vſ. part. 15.*

FRontis cutis, depilis *b* eſt, ne oculis pili moleſti ſint, ſola *c* motu proprio mouetur, tenditur & corrugatur, membranæ carnoſæ *d* beneficio (cum nulla pars motu voluntario ſine muſculo agatur) & carni ſubiectæ connata, in muſculoſam *e* ſubſtantiam fibris rectis donatam, abit.

e *vide de diſſ. muſcul. 4.*

Hæc ſubſtantia, duos Frontis Muſculos, à membrana carnoſa ad Muſculos Temporales enatos, qui obliqui deorſum ad ſupercilia deuoluuntur, conſtituit, qui in Frontis medio coeunt. Hi fibris ſuis contractis, Supercilia attollunt; laxatis verò, in locum redeunt: & quia Frontis cutis his connaſcitur, idcirco & frons, & ſupercilia ſimul mouentur.

Sunt qui ſupercilijs adhuc muſculum peculiarem, eumq; orbicularē tribuũt, qui fibras carnoſiores habeat, quam palpebrarũ muſculus circularis, qui ſupercilia deorſum trahat.

Muſculi adhuc duo in occipite quandoq; reperiuntur, tenues, breues, ſed lati ab occipitis linea tranſuerſa enati, qui fibris rectis ſurſum latis, in tendinem latum ac tenuiſſimum, ex membrana carnoſa enatum deſinunt, qui totum caput occu-

occupat, muſculos aurium anteriores & frõtis ſimul copulat. Vſus, cutim capitis, quãdo adſunt, poſteriora verſus trahere.

OCVLI.*

Oculi, viſiuæ facultatis organa, tã quam *a* ſpeculatores, in corporis parte eminentiore, penes cerebrum, propter Neruos Opticos molles, & quidem parte *b* anteriore, ob progreſſum, in antris concauis oſſeis, ex oſſibus capitis & maxillæ ſuperioris (quę Perioſtio ſuccinguntur) ſecuritatis gratia, locati, partes, alias propugnaculi cauſa circumpoſitas; alias, ipſos conſtituentes, obtinent.

Propugnaculi cauſſa, ſuprà os Frontis, & ſupercilia: infra os Maxillæ ſuperioris, os Iugale & Nares: parte anteriore, palpebras earumq; pilos.

c Supercilia hirſutæ ſunt *d* Frontis extremitates, quæ ex cute, fibris carnoſis à muſculis frontis productis, adipe & pilis, componuntur: quæ oculis inſtar muri cuiuſdam conceſſa, quò ea quæ à capite defluunt, excipiant.

Palpebræ oculos integunt *e* quæ molliſſimæ, ne eorum acies lædatur, à Pericranio enatæ, quarum inferiores ex ſe *f* immobiles ſunt, vel ſaltem exiguum & obſcurum motum habent, & minores, quò oculis ſemper adſtrictæ, excrementa facilè exprimant: ſuperiores verò, euidenter mobiles, cum vtrinque duorum

muſcu-

* *Plato ait, ſi oculis careremus naturæ ordinem ignoraremus: ad rerum ſcientiam cõferre. Ariſt. dixit, & diuina mẽbra Galenus nominauit.*

a 8. *vſ. part.* 5.

b 10. *vſ. part.* 1.

c ὄφρυες: *ad Oculos retulit Ariſt.* 1. *hiſt. anim.* 9. *de quibus* 2 *part.* 15. *& Galen.* 11 *vſ. part.* 14.

d *Ruffo Epheſio de part.*

e βλέφαρα. *de his* 10. *vſ. part.* 6.

f 10. *vſ. part.* 10.

musculorum ope celerrimè oculos, ne quid noxij incidat, tegant, *g* & ad videndum retegant. Teguntur & clauduntur *h* musculo semicirculari seu orbiculari, qui externus membranosus, à Nasi radice exortus, exteriorem circumferentiam ambit, fibrisque suis contractis palpebrã claudit. Reteguntur & attolluntur *i* altero recto, qui supernè intra ossium cauitatem, cum Oculi musculis, situs, palpebræ extremo inseritur, fibrisq; intrò cõtractis, palpebram attollit, oculumque aperit.

g Gal. de palpeb. vtilit. lib. de instr. odor. 5.
h de hoc 10. vs. part. quem Vesal. in duos diuisit & Sylu. cui Cilium supernũ mouentes dicuntur. Col. & Fallop. primus est.
i Vesal. & Syl. ignorat. Col. & Fallop. 2.

Ipsarum palpebrarum *k* extremis durioribꝰ seu *l* Tarsis, inter cutem & membranulam palpebras succingentem locatis, pili, quos plerique cilia vocant, infiguntur, *m* qui visui dirigendo inseruiunt, & ne quid exigui oculis patefactis incidat, impediunt; qui vnà cum pilis superciliorum, in vtero procreantur, & æqualem magnitudinem, ac numerũ seruãt; & quia in duro fixi sunt, recti stant.

k de his 11. vs. part. 4. Arist. 2. part. an. 15. 1. hist. 9.
l 10. vs. part. 7.
m βλεφαρίδες Hipp. in coacis aph. 218.

Anguli etiam *n* duo ad Orbitam oculorum sunt, quorum alter ad tempora minor, externus Canthus: alter ad Nares maior, & internus Canthus dicitur.

n 10. vs. part. 10.

o Caruncula in angulo maiore locata est, quæ humiditatem ad oculum lubrificandum continet; simul & foramini Nasi ossi insculpto, per quod oculi excrementa in Nasum destillant, operimento est, ne per angulos refluant ad foramina

o 10. vs. part. 11. σαρκῶδες σῶμα carneum corpus: alijs ἐγκανθίδα.

minu-

minutiſſima, quæ Lachrymarum cauſſa facta, ſic enim ſemper nos lachrymare facerent.

p At in bouis angulo interno, membrana etiam tenuiſſima vngui ſimilis occurrit, quæ motu voluntario mouetur & ad angulum oppoſitum chorda duplici ducitur, altera ſuperius, altera inferius ſub membrana adnata latente: & hæc oculum, palpebris etiam apertis, operit: huiusque beneficio animalia bruta, cum metuunt, ne oculis aliquid incidat, nictitare ſolent.

p *Ariſt. 2. hiſt. an. 12. Fallop. in obſ.*

Partes verò oculum conſtituentes, quinque ſunt, Adeps, Muſculi, Vaſa, Membranæ, & Humores.

Adeps copioſus inter inania Muſculorum & neruorum ſpatia, ad eorum humectationem, quò faciliùs moueantur, néve exſiccentur, reperitur.

MVSCVLI *a* OCVLORUM.

OCuli humani motus ſex ſũt, quatuor recti, duo circulares, quare muſculos *b* ſex intra Caluariæ cauitatem neruum Opticum comitantes, habet: quorum Primus & Secundus carnoſus, teresque; ille parte ſuperiore, Oculum attollens, hic parte inferiore, eum deprimens, ſitus eſt. Tertius, à dextris: Quartus, à ſiniſtris locatus, in latera mouent, quorum alter abducit, alter reducit. Quintus ſub his obliquè ſitus

a *de his Gal. 10. vſu part. 8. vbi ſeptẽ habentur: quem ſequutus Veſalius & Fuchſi. at Fallopio ſex: Columb. quinq;, qui quintum ſuum innẽtum dicit. Valuerdæ quatuor, qui rectis motib. præſunt. Archangel. quinq;.*

b *ex Galen. 1. mot. muſc. 3. at lib. de oculis 14. qui Galeno attribuitur duodecim ſunt: quorum quinq; oculum mouent: tres nerui fundamentum corroborarent: reliqui quatuor palpebras mouent.*

longus est, & in maiori angulo ad trochleam se inuertens, oculum circumagit, vt & Sextus, qui breuis est, quare alterum supernum, alterum infernum circumactorem nominamus.

Horũ quatuor priores ad angulos distributi, vt & quintus à Sphœnoide osse iuxta foramen, è quo neruus visorius ꝓdit, exoriuntur: at sextus, *c* qui obliquus, à sutura maxillæ superioris ossa distinguente, oritur: qui omnes in tendinem *d* membraneum ad Corneam finiunt.

c hic palpebræ est musculus Columbo.

d qui innominatam Oculi tunicam Columbi constituit.

Verùm in brutis, septimus sub his est, Neruum opticum ambiens, qui in oculi tunicam duram inseritur, & in *e* plures partes separari potest: cuius vsus, oculũ cum prona terrá spectet, sustinere & alligare: in homine, quatuor primi dũ quiescunt, id muneris absoluere possunt.

e 10. vs. part. 8. Sic de dissect. muscul. 5. an vnus, vel duplex, vel triplex sit, dubitat.

VASA OCVLORVM.

VEnæ ad Oculum pro nutritione, à Iugularibus: Arteriæ pro vita, à Carotidibus, per musculos, adipẽ & membranas distribuuntur, quæ vnà cum Venis, oculi constitutionem subintrant.

Nerui *a* duplices, Visorij & Motorij. *b* Visorius vtrinque vnus, crassus, raræ texturæ, *c* porosus, vtraq; Meninge inuolutus, facultatem visiuam, vnà cum Spiritu copioso (vnde viuentis oculi tensi & pleni, mortui laxi & rugosi sicq; spirit⁹ in corpore esse ad sensum probam⁹) à Cere-

a de his de diss. nerũ. 2. & 3. 9. vs. part. 8. & 13.
b 10. vs. par. 12. & 14.
c 16. vs. part. 3.

à Cerebro deferens, in homine in centrum Corneæ, parte posteriore inseritur, cum rectà prospicere debeat: in brutis obliquè, & non in centrum desinit, quò fit vt ad latus tantùm, ad progressum & alimenta capienda, spectent. Motorius vtrinque vnus, qui ad quemlibet musculum, pro motu, neruulum mittit, & in membranas diffunditur.

MEMBRANÆ *a* OCVLORUM.

MEmbranæ oculorum duplices sunt, aliæ toti Oculo cõmunes, aliæ Humorum propriæ. Communes, Cornea, & Vuea. Humorũ, Arachnoidis & Hyaloidis: verùm cum *b* plures recenseantur, de ijs ordine Anatomico.

Prima *c* est Adnata à Pericranio orta, tenuis, alba: quæ ligamentum est, cum ipsius interuentu, oculus orbitæ & interioribus ossibus adhærescat.

Secunda Innominata, *d* quæ ex Musculorum tendinibus propè Iridem, cõstituitur.

Tertia *e* Cornea, cornu instar pellucida, & quæ in plures *f* partes distrahi potest: à dura meninge orta, totum oculum cingit. Hæc crassa, ne leuissimis occursionibus cedat, & lædatur: anterius diaphanes, ad spirituum transitum: ro-

a de his 10. vs. part. 2.3.4.6.

b Gal. 10. vs. part. 2. septem: & Arabibus, quos Fuchsius sequitur. Græcis vt plurimum quatuor vt Ruffo 1. de part. 23. & lib. 2. cap. 3. quare Gal. 1. meth. 6. corneæ, rhagoidis, arachnoidis & amphiblestroidis meminit. Syluio quinq;: Vesal. Columb. Fallop. sex.

c 10. vs. part. 2. Gal. Syl. Col. 1. Fallop. 2. Vesal. 5. Fuchs. 7. ἐπιπεφυκὼς vulgo coniunctiua & alba.

d siue secunda. Col. de hac Galen. 10. vs. part. 8. at. 10. eiusd. 2. sextam fecit.

e κερατοειδὴς cornicularis: 10. vs. part. 3. Gal. & Syl. 2. Ruffo & Fallop. 1. Col. 3. à Fuchsio pars anterior pro quinta, & posterior pro sexta recensetur.

f quare quadruplex Auicenna.

tunda & circularis, vt rerum etiam maximarum ſpecies integræ appareant: læuis, vt ſpecies rerum commodè recipiantur: poſterius opaca & craſſa, quo ſpecies receptæ clarius eluceant: cuius partem anteriorem Corneam, poſteriorem *g* Duram vocant.

Quarta *h* Vuea, quod colore vuæ acino ſit ſimilis, à tenui meninge producta, totum Oculum cingit, excepta parte anteriore, vbi ad Iridis principium reduplicata, Pupillam *i* in homine rotundam, in nonnullis brutis oblongam efformat: quæ perforatur, vt acceptis ſimulachris tranſitus ſit: eſtque externè nigra, *k* eò quod in profundo ſita ſit, ad Spirituum diſſipatorum collectionem: internè, colorum eſt varietas, potiſſimum in brutis, vt oculi ſi claudantur, reficiantur. Huius membranæ pars anterior quibuſdam Vuea, poſterior verò Secundina, quare & χοροειδὴς, quia vaſa per eam ſparguntur, dicitur.

Iris *l* autem Circulus eſt, varijs coloribus diſtinctus, propter varios in homine vueæ tunicæ colores, varians.

Quinta *m* Aranea, Chryſtallini humoris tunica ꝓpria, tenuiſſima eſt, ſplendens, ceparum pelliculis ſimillima, pellucida, cuius nomine Speculum, dicitur, Chryſtallinũ humorem integens & ſtabiliens: circa quam

Ligamentũ ciliare apparet, quo Vuea

ex-

g σκληρότης à duritie.

h ῥαγοειδὴς καὶ χοροειδὴς. *Ruffo* 1. 10. *vſ. part.* 4. *Gal. Syl. Veſ. Fall.* 3. *Columb.* 4. *Fuchſ.* 3. *&* 4. *vt qui cum Arabibus in partem anteriorem, quam vueam & poſteriorem quam ſecundinam vocat, diuiſerit.*

i 10. *vſ. part.* 14. *Pupillas etiam binas in ſingulis oculis, notauit Plin. lib.* 7. *cap.* 2.

k *Hippocrati.*

l *nonnullis* στεφάνη. 10. *vſ. part.* a.

m ἀραχνοειδὴς 10. *vſ. part.* 6. *Galen.* 4. *Syl. Fall.* 5. *Veſal.* 1. *Columb.* 6. *Fuchſ.* 2. *Ruffus ſic, quarta membranula guttam quandam humoris* κρυσταλλοειδῆ *includit: hæc antiquitus nomine caruit: à poſteris* φακοειδὴς *ob figuram* κρυσταλλοειδὴς *à contento humore cognominata &* δισκοειδὴς. *Hipp. de locis in homine,* λεπτὴ *&* λεπτοτάτη.

tremæ membranæ Chryſtallini iungitur, quod ob plurimas lineas nigras, ab vueæ circumferentia ad Chryſtallini humoris margines pertingentes, palpebrarum pilis ſimile eſt.

Sexta *n* Vitrea, tenuiſſima, vitreum humorem vndiquaque cingens, eumq; à Chryſtallino ſeparans.

Septima *o* Retina, res mollis rubeſcens, muco ſimilis, ex Cerebri portione supernè deſcendente atque amplificata, compoſita, quæ humorem vitreum reticuli inſtar, ambit, & ad eum alimentum, cum Arterijs & Venis crebrioribus referta ſit, defert: vel potius *p* nerui optici ſubſtantia medullaris hâc conſtituit, quę ad Chryſtallinũ dilatata, vt Spiritꝰ viſiles per vniuerſum oculũ diffundãtur, quãlis & rerum viſibilium ideas, ad Cerebrum tanquam Iudicem deferat. Verum cum nec ſubſtantia, nec colore membrana ſit, membranæ nomen non meretur.

n *ὑαλοειδὴς Vitrea, aliüs cum Aranea eadem: Fallopio ſexta. Sic Ruffus, tertia humorem ὑαλοειδῆ continet: hac antiquo vocabulo, propter tenuitatem, ἀραχνοειδὴς appellata eſt. at quoniam Herophylus eã ἀμφιβλήστρῳ contracto aßimilat, nonnullĩ & ἀμφιβληστροειδῆ, alij ab incluſo humore ὑαλοειδῆ nominarunt: hac ille.*

o *ἀμφιβληστροειδὴς: Fuchſ. 1. Veſal. 2. Syl. & Fallop. 4. Col. 5. de hac Gal. 10. vſ. par. 2.*

p *10. vſ. part. 2. medullam dicit dilatatam, nec ſubſtantia, nec colore propriè eſſe tunicam.*

HVMORES *a* Oculorum.

HVmores ſub his tres ſunt, lucidi, figurâ & cõſiſtentiâ varij, Aqueus, Chryſtallinus, & Vitreus.

a *De his 10. vſ. par. 4. & 5.*

Aqueus *b* alijs tenuior, inſtar aquæ fluxilis, ſpacium inter Chryſtallini ſe- ... em anteriorẽ & Corneam, quo ea perpetuò diſtẽdatur, ne corrugata viſus deprauetur, cum ſpiritu aereo ac ſplẽdido

b *Glacialis excrementum Auicennæ, ὑδατοειδὴς Gal. ὠοειδὲς ὑγρὸν, albugineus Aetio.*

implet, in quo suffusiones fiunt: cuius vsus, Chrystallinum humorem à membranarū duritie, & ne cum vuea membrana à perpetuo motu exsiccetur, tueri: & splendorē confertim occurrentem, tanquam medium infringere.

c Chrystallinus, Chrystallo & glaciei colore similis, in oculi penè Centro vt lumē vtrumq; facilè admittat, vitreo insidet, mēbrana Speculo dicta, intectus, albus, coloris alieni expers, quo colores omnes excipiat: clarus, splendens, mediocriter *d* durus, quo in eo rerum simulachra hæreant: anterius *e* depressus, posterius rotundus, primum *f* Visionis instrumentum, cuius actio mediante Speculo adaugetur.

g Vitreus, vitro fuso substantia & colore similis, posterius locatur, quo Spiritum visiuum, ne subitò dissipetur, contineat: in cuius medio Chrystallinus situatus, quo mollior est, at Aqueo minus fluidus, suaq; mēmbrana cingitur: cuius vsus Chrystallinum per διάδοσιν, nutrire, in cuius nutritione Aqueus gignitur, quem etiam, ne à Membranis lædatur, tuetur.

c κρυσταλλοειδὰς *Gutta & grando Auicenn.*

d *1. de Symp. caus. & 1. meth. 6. inter partes solidas retulit.*

e *vnde Aetio* φακοειδὴς *lenticularis: Ruffo etiam* δισκοειδὴς.

f *1. meth. 6. 2. meth. 8. & 10. vs. part. 1. de caus. Sympt. & de instrum. odor. 3.*

g ὑαλοειδὴς *& vitriformis.*

NASVS. *a*

NAsus, quem natura in medio *b* trium sensuum constituit, Instrumentorum *c* Olfactus est *d* pro-pugna-

a ῥὶς: *vide Gal. lib. de instrum. odoratus. & 11. vs. part. 17. Arist. 1. hist. 11.*

b *Ar. 2. part. an. 10.*

c *Externum odoratus organum, in quo operculum valuulæ instar, quod nunquā nisi inspirātibus nobis aperiatur, vnde non nisi inspirantes odores percipiamus, Arist. 2. de anima et lib. de sensu & sensili: contra quod Gal. de instr. odoratus 5. vbi etiam docet nasum ad olfactum cōferre, sed præcipuum eius organum intra Caluariam locatum esse, idquē ex enumeratione partium nasi maximè membranæ & ossis cap. 5.*

d *quare naribus carent non spirantia. 2. part. anim. 16.*

pugnaculum, in faciei medio, quo odores, qui sursum feruntur, recipiat, situs: beneficio Septi in foramina duo [e] diuiditur, vt vno obstructo, altero inspirare & exspirare queamus, quæ Nares [f] dicũtur, quarũ partes exteriores, cum Nares occludát, & recludant, Alæ [g] nominantur: hæ mobiles, quia non parũ [h] in inspirationibus maioribus & subitis, & etiam efflationibus, conferunt.

Componitur ex cute, qua integitur, quæ sub Septo crassa & fungosa est, ac pilis Vibrissis dictis, cingitur: item ex Musculis, Ossibus, Cartilaginibus, Vasis & Tunicis.

NARIVM [h] MVSCVLI.

ETsi Narium cõstrictio & dilatatio, beneficio [i] Musculorum Labiorum, alas tágentium perfici videatur: aliquando tamen, vt in Nasutis, musculi octo, sed exigui dantur, quorũ quatuor dilatationi, totidem constrictioni inseruiunt.

Dilatantium duo, [k] ab osse malarum iuxta labiorum musculum tertium, & à canale osseo, vtrinque vnus, exorti, partim in pinnam exteriorem, partim in labij superioris partem, inseritur: hi, vt & sequentes, in olfactu, narium foramina, alis sursum tractis, aperiunt.

Duo alij à frontis [l] sutura & narium spina principio acuto exorti, alis implátantur.

e *cur geminæ. 2. part. anim. 10. Gal. 8. vs. part. 10. caussam cur gemina instrumenta, explicat.*

f ῥῖνες:

g πτερύγια:

h *De his & vtilitate motus alarum vide 11. vs. part. 17. & de dissect. mus. 3.*

i *diss. musc. 3. à nullo musculo nasus contrahitur.*

k *5. par buccarum Vesal. 6. par faciei Fallop. in obs.*

l *Columb. horum inuentionem sibi tribuit: sexti paris pars altera Fallop. in obs.*

Constringentium duo, circa *m* alarum radicem carnosi exorti, transuersim delati, angulis alarum inseruntur, qui ad principium contracti, ala depressa, nares nonnihil occludunt.

n 6. par buccarum Vesal. 8. par faciei Fallop. in obs. Columbus adesse negat.

Duo alij, *n* narium parte interiore sub narium tunica reconditi, à nasi ossis extremitate exorti, alis inseruntur, ne eas introducendo constringant.

o 11. vs. part. 17.

Ad hos, Neruorum propagines exiguæ, à neruis *o* per Maxillam superiorem delatis, deriuantur.

a de oßib. 4. tenuißima esse & cur, ostendit 11. vs. part. 19.

OSSA *a* ET CARTILAGINES *narium.*

Ossa narium cauitatem cōstituentia, duplicia sunt, alia propria, alia communia. Propria tria sunt, à maxillæ superioris osse quinto producta, nasi partem supernam mediamque constituentia: externa duo quadrangula, foraminulenta, sutura diuisa, infernè aspera, quo cartilagines rectius iungantur: tertium internum est, & quia Nares distinguit, Septum earum dicitur, & ossis spongiosi processui adhæret.

Communia duo sunt, fungosa & spōgiosa (quare facilè eroduntur) narium cauitatem supernam opplentia, ossi spōgioso continua: vocis odorisque gratia constructa, cum in ijs aer cum odoribus inspiratus alteretur: inæqualia & aspera sunt, ne mucus assiduo destillet.

CAR.

CARTILAGINES.

Cartilagines *b* narium quinq; sunt: quarũ duę superiores latiores, nasi ossib. adhęrẽtes, & cum ijs nariũ cauitatẽ efformãtes: tertia inter illas media, osseo septo connata, Septum cartilagineum est. His aliæ duæ adponuntur, quæ Alas constituunt, & prædictis cartilaginibus, lateribus internis, beneficio ligamentorum membranosorum colligantur: harum singulæ orbiculatim nasi foramen cõstituunt, ligamenti naturam sapiunt, & solæ motu voluntario præditæ sunt. Oportuit autem Nasi partem inferiorem cartilagineam esse, partim vt Nares occludendo, fœtores arceamus; partim, quo nares commodiùs emungamus, & quo propter fluxionem, *c* iniurijs melius cedere possit: pars etenim superior ossea est, quo inferioris fundamentum sit.

b *de his* 11. *vsu part.*17. *Arist.* 2. *part. anim.* 9.

c *prominentiora enim si rigida sint, frangi celeriter possunt* 11. *vs. part.* 17.

VASA ET MEMBRANA *narium.*

Vasa habet, Venas, à Iugularibus: Arterias, à Carotidibus: Neruũ, *d* à tertio pari vtrinq; vnũ, qui per foramina, quæ nasus cum oculis cõmunia habet, ad angulũ maiorem in tunicam, quæ Nasi meatus sublinit, dissemi-natur, & ad Palatum progreditur.

e Mẽbrana à crassa meninge oritur, & cõmunis est mẽbranę oris, Linguæ, Laryn-

d *de instrum. odor.* 5.

e *de hac* 11. *vs. par.* 17.

gis, Oesophagi & Ventriculi: qua tamen tenuior est, exquisitissimi sensus, ita vt irritata, sternutare faciat. Hac donatur, vt carnis in Naribus excrescentiam, impediat & *f* vt sensus particeps sit.

f *Tunica nasi, meatum succingit propter duplicẽ vsum: prior, cuiusmodi est vsus tunicæ laryngem ac totam tracheam intus succingens: posterior, vt instrumẽtum omne sensus sit particeps. 11. vs. part. 17.*

Vsus Nasi externi, vt foramina in Palatum desinentia, per quę dormientes & ore clauso aërem *g* attrahimus, & reddimus, instar operculi tegat: dein, vt per eum aër ad spiritus animalis generationem, cum odoribus ad processus mammillares, qui prima olfactus organa sunt, indeque ad Cerebrum deferantur: tum, vt Cerebri excrementa per eum effluát, quamuis & vocis formationi inseruiat, faciemque ornet.

g *Arist. 1. hist. 11.*

AVRES. *a*

a ὦτα: *de his Arist. 1. hist. 11. 2. part. 10.*

AVres, quo sonos, qui naturâ suâ sursum feruntur, rectiùs recipiát, in capite locatæ sunt, semperque patẽt, cum *b* hoc sensu semper egeamus: vtrinque *c* vna, quo altera lęsa, altera frui possimus.

b *Cic. 2. de Nat. Deor.*

c *Arist. 2. part. an. 10. vbi ostendit sensoria gemina cur creata, Galen. 8. vs. part. 10.*

Altera *d* externa, altera interna: externæ, partes duplices sunt, communes, cuticula, cutis, membrana neruea, caro & pinguedinis aliquid in lobo: propriæ, vasa, musculi & cartilago.

d *Hippoc.*

Cuticulæ, cutis subiacet, quæ tenuissima, & aures vndiq; inuestit, carni paucissimæ & cartilagini validissimæ adhæret: cui mẽbrana neruea validissimè cõnectitur. At in lobo cum membrana & carne

carne commiſcetur, ita vt carnoſus & ſubpinguis exiſtat.

VASA.

VEnas *a* quidem, à Iugularibus: Arterias, à Carotidibus accipit. Neruos minimos *b* duos à poſterioribus, duos à lateribus à coniugatione ſecunda medullæ ceruicis recipiunt.

a *de aurium venis, Hipp. 1. de nat. hum.*

b *16. vſ. part. 6.*

MVSCVLI.

AVres in pleriſq; vt & ſimijs *a* immobiles ſunt, quo melius *b* ſtrepitus vndiq; circumactus excipiatur: ſi verò *c* moueantur, Muſculos duplices habent, communes & proprios.

d I auribus & labro vtrique communis; portio eſt primi genas & faciei cutim mouētis, qui auris radici ſub fibra inſeritur, deorſumq; in latus trahit.

II *e* proprius, à muſculi frontis fine exortus, muſculo temporali ſuperpoſitus, auris parti ſuperiori, vt ſurſum & antrorſum trahat, inſeritur.

III *f* ab occipitio oritur & veluti in partes tres diuiſus, poſterius auri, vt ad poſteriora trahat, implantatur.

IV *g* à proceſſu mammillari, in totam radicem cartilaginis auris quaſi tripartitus infigitur, retrorſumq; mouet.

a *homini immobiles Ariſt. 1. hiſt. 11.*

b *Ariſt. 2. part. anim. 11.*

c *muſculorum delineamenta circa aures. 16. vſ. part. 6.*

d *1. muſc. à buccis in auris pinnam, Col. 3. muſ. aurium, Fallop. meminit & Veſal.*

e *1. muſc. auris. Fall.*

f *2. muſc. Col. Fallop.*

g *hic ſæpè non reperitur Fallop.*

CARTILAGO.

AVriculæ ſubſtantia, nec oſſea, nec carnea, ſed inter hæc media cartilaginea: (ſi enim os fuiſſet, *a* facilè frangeretur: ſi caro, facilè con-

a *Ariſt. 2. part. 9.*

contunderetur, nec ſonum repelleret:) ſemicirculari penè forma & in modum antri caua, quę in eam partem diuiditur, quæ aurem ambit, & Auricula exterior: ſuperiorem expanſam, quæ *b* Ala: inferiorem carnoſam, quæ Auricula: & interiorem ambitum, quæ Cauitas dicitur.

b πτερύγωμα Ariſt. 1. hiſt. 11.

Ligamento valido à pericranio enato, cartilago hæc oſſi petroſo alligatur, eamque erectam & ſuſpenſam tenet.

Vſus, ſonos promptiùs, & rectiùs recipere (quod ij quibus Aures vulneratæ aut præciſæ ſunt, norũt) qui ab anfractibus eius *c* refranguntur, quo harmonia ad Tympanum citra moleſtiam pertingat: néve Cerebrum, ab aere frigidiore ſubitò irruente, lædatur.

c Hadrianus Imperator quo acutius audiret, manus cauas auribus obtendebat.

AVRIS INTERNA.

AVris internæ, quæ propriè auditus inſtrumentum eſt, *a* partes plures ſunt, vtpote foramina ſeu ductus quinque, cauernulæ tres, oſſicula tria, mẽbranula Tympani, muſculi duo, nerui, vena, arteria & aer cõgenitus, quæ omnia os petroſum continet.

a de ſtructura auris internæ, vide 8. vſ. part. 6.

Os *b* petroſum, pceſſus eſt oſſis temporum interior & tertius, oblongus, pyramidis figuram referens, foramina duplicia obtinens: extra caluariam tria: primum maius, quod in meatũ auditorium

b 8. vſ. part. 6.

abit.

abit: alterum angustius obliquum geminum, quod Venæ iugularis sobolem admittit, nonnunquam & Nerui auditorij ramulum emittit. Intra caluariam duo: primum amplum, in quod Neruus auditori9 implãtatur, & in canales duos abit, in quos Neruus diuisus fertur: alterum angustum, rimulæ modo asperum, per quod Arteriola fertur: tertium inter processum mammillarem & appendicem styloidem in canalem desinens, qui ab aure in os fertur.

MEATVS c AVDITORIUS.

c πόρος ἀκουστικός

MEatus hic, cute inuestitus, orificio est amplo cauernulam referente ꝓpter cartilaginem initio additam, canalis est oblongus (per quem soni ad Tympanũ feruntur) qui ad Tympani membranulam obliquè sursum fertur, vt si quid ingressum sit, facilius excidat: flexuosus est, vt aeris externi frigidi confertim irruentis vires exsoluantur, ne membranulę & nerui auditorij harmonia dissoluatur, sed vt placidè contangendo, vehemens sonus infringatur: angustus, vt animalculorum ingressus prohibeatur: quare etiam humor biliosus, *d* viscidus à cerebro expurgatus eo loci est, quo tanquam *e* visco capiantur, pilique appositi sunt: & in hoc meatu musculus reperitur.

d *an quia putri sudore contrahuntur, qui salsus, amarus est. Arist. 32. prob. 4. Aristoteles in operib. quæ ad animalia pertinent, tradit, sordes quæ in auribus nascuntur, cum sint alioquin amaræ, morituris fieri dulces: causam exponit in quæstionibus natur. hæc Apollonius.*

e *Cic. 2. de nat. Deor.*

TYMPANI MEMBRANVLA.

FOramini huic intrinſecus ſeptum apponitur, quod communiter Tympanum dicitur, eò quod cauitati primæ, quemadmodum membrana Tympano bellico obtendatur, ſed rectius tympani membranula, eò quod tenſa aëre externo cum ſonis appellente, membranæ tympani bellici modo ſonora ſit. Hæc *f* orbicularis eſt, & obliquè ſita, ne recto motu ab aëre impellatur: tenuis, vt ſoni & aër facilè Neruum auditus attingant: quæ enim à conformatione craſſior, ſurditatem incurabilem cauſat: neruoſa & robuſta, vt iniurijs externis reſiſtat: ſicciſſima, vt melius perſonet, pellucida, in prima conformatione ex ſemine genita, vel à perioſtio producta: meatum auditorium claudit & à cauitate prima diſtinguit, & aërem congenitum ab externo ſeparat, & ne diffluat, cohibet.

f de hac Hippocr. περὶ ἀρχῶν.

CAVITATES OSSIS PETROSI.

CAuitates in oſſe hoc petroſo præcipuæ tres ſunt, Concha, Labyrinthus & Cochlea.

1. Concha ſeu Tympanum, vel *a* Peluis dicta, membranula ablata conſpicitur, in qua aër internus ſiue congenitus & immobilis *b* à primo ortu auribus inditus, & Auditus medium internum eſſe videtur, continetur: alijs ipſius auditus præcipuum inſtrumentũ, per quod Auditus fiat, ſoniq́ue percipiantur, & Neruorum

a Cochlea Ariſtot.

b Ariſt. 2. de anima.

uorum

uorum beneficio ex ęquo, cum purus & tranquillus ſit, dignoſcantur. At cum ſonus per aêrem externũ, internũ (Tympani membrana pulſa) moueat, hicque motus ſoni imaginem ad Neruum auditorium transferat, neceſſum eſt internum aërem purum conſeruari: quare in hac cauitate inſtrumenta oportuit eſſe, motui, traiectioni & expurgationi inſeruientia: motui, oſſicula tria, ligamentum & Muſculi: traiectioni, feneſtellæ duæ: expurgationi, canalis ab aure in palatum vergens, inſeruit.

OSSICVLA AVDITVS.

Oſſicula *a* tria, ſunt quæ à forma Malleus, Incus, & Stapes nominantur, quæ ſolidiſſima, vt reſonent & in recens natis eandem quam in adultis magnitudinem habent, ſicque articulantur, vt Malleolus ſuo proceſſu, inſtar caudæ reflexæ membranæ Tympani vltra medium adhæreat, ligamento tenuiſſimæ meningi cohærens, cuius capitulum, quod Incudis cauitati inarticulatur, minima apophyſi extuberat, quo ipſius Muſculi tendo applicetur.

a de his hactenus nil apud Galenum inueni: Incudis & Malleoli inuẽtio Iacobo Carpo Bononiẽſi tribuitur quem ſecutus eſt Veſalius. At ſtapedis inuẽtionem, Io. Philippo Ingraſſiæ tribuunt; Bartholom. Euſtachius ſe inuentorem dicit: Columbus ſuum inuentum aſſerit.

Incus huic ſubiacet: infernè duabus apophyſibus donatus, breuiore acuminata oſſi ſquamoſo innitente, altera longiuſcula Stapedis oſſis triangularis verticem ſuſtinente. Hæc oſſicula Ligamẽto tenuiſſimo, quod toti membranę circumtenditur, iunguntur.

Ex his Malleus *b* tantùm introrſum & extrorſum mouetur: primum quidem introrſum, ad motum membranę Tympani, hęc enim ab aëre externo agitata, ſurſumque intrò pulſa, gibba redditur, quo aër congenitus afficiatur, qui per cochleam errans efficit, vt Neruorum quinti paris propagines ſonorum ſpecies per duo foramina exigua tuberculo diſtincta (quæ Feneſtellæ aliquibus, & ſuperius Ouale) delatas ſuſcipiant, & Cerebro ſubminiſtrēt. Ne verò Tympanum intrò nimium pellatur, Malleus ei eſt propugnaculo: huius verò terminus Incudis cauitas eſt, cui Mallei caput ad quandam articulationem iungitur.

b Oßicula hæc tria ſimul ad tympani motum, vbi ad eum ſonus fuerit delatus, concuti quidam credunt, vt hac ratione dein auditus fiat. Alij verò voluerūt, ſi ab aere externo Malleus & Incus moueatur, hæc ipſa Tympanum tangere, mouere, ſicq; voces & ſonos diſtinguere & differentias cōſtituere, huiusq; cauſa oßicula hæc tria ponè membranam, in oſſe prædicto qui intus cauernam inſtar Labyrinthi habet, adpoſitas eſſe.

Sic Stapes cochleæ inſiſtens, Incudis longiuſculam apophyſin ſuo ceruice ſinuato, arcus inſtar ſuſtinet: quod in medio inane, quo aër innatus ſeſe inſinuet, & agitetur. Sed & Stapeda, baſi latiuſcula ſinui ouali forma, oſſi petroſo ad Cochleam inſculpto, firmiter inſidet, inque ſummo apice in capitulum ſinuatum deſinit, vt Incudis minimum tuberculum tibiolæ adnatum, per ſymphyſin & ſynchondroſin agglutinatum, excipiat.

Alter motus, in recurſu extrorſum fit à Muſculo, quare paucis de Muſculis.

MVSCVLI AVRIS *internæ.*

MVsculi auris internæ duo sunt, alter quidem intra membranulã, alter extra eam cõsistit, ꝓpter mẽbranæ internũ & externũ impulsum.

a Internus in osse petroso situs exiguus est, tendine duplici donatus, quorum alter mallei apophysi elatiori, alter eius ceruici infigitur: hic Mallei caput obliquè antrorsum & ad interiora trahit, ab incude deducit, & Malleoli ꝓcessu recuruato, mẽbranulã ad exteriora pellit, quo aër externus in membranulã agat, insitumq; aërem afficere possit.

a ab Eustachio primo descriptus.

b Musculus alter siue externus, supernè in meatu auditorio consistit, exiguus, carneus, qui suo tendine in membranulæ centrum inseritur, ea parte qua Malleus intus membranæ iungitur, vt eam cum Malleo exterius trahat.

b huius Hier. Fabricius ab Aquapendente meminit.

Tandem ad aëris congeniti expurgationem, ductus exiguus cartilagineus ab *c* aure ad palatũ abit, Valuula donatus, quo ab aure in os excrementis aditus, non autem regressus pateat.

c 1. hist. 11. licet aliqui hunc ductum veteribus ignotum velint.

CAVITAS II & III.

ALtera *d* ossis petrosi cauitas à variis anfractibus Labyrinthus *e* dicitur: cauitas rotunda & priore minor, à qua semicirculi ossei excauati, siue *f* cuniculi tres excurrũt, principio ampli, at sensim angustiores redditi & intrinsecus mem-

d cauitas tertia Volchero.

e 8. vs. part. 10. antrum fodinarum Vesal. exam.

f Fall. Ves. exam. Volch.

branula tenuissima vestiti, per quos soni delati acutiores fiunt & sensim quasi fracti in cerebrum ascendunt: & hi cuniculi suo egressu & recursu foramina sex faciunt: licet etiam (præter minutissima à nerui auditorij meatu & canali communi) ex prima cauitate, in hanc foramina duo desinant.

g cauitas quarta Volch.
h Cochlea, cochlearis cauitas Fallop. antrum buccinosum, Vesal. exam.
i Eustach.
k Volcher.
l vide 9. vs. part. 10.

g Tertia cauitas Cochlea *h* à flexuosa meat⁹ obliquitate dicitur, cum Cochleę in modum gyros *i* tres, nonnunquam *k* & quatuor sese mutuo excipientes habeat: malè foramen *l* Cæcum quibusdam, cum in medio, parte ea cui spiræ innituntur, meatu angusto & recto peruia sit, quo aër percussus neruo occurrat, cùm in huius spiram maiorem, cauitatis primæ foramen seu fenestella oualis desinat. Hæc tenuissima & mollissima membranula succingitur: in hanc, à canali per quem Neruus auditorius trãsit, tria aut quatuor foramina minutissimi feruntur, per quæ neruuli à quinto pari, aut ipsorum facultas membranulæ communicatur.

NERVVS AVDITORIVS.

a 8. vs. part. 6. & Auerroes 2. collect.

NEruus Auditorius (cerebri par quintũ dictum) sequitur, ex cerebelli processu transuerso enatus, qui in ossis petrosi foramen primum se insinuat, & in ossis medio in partes duas inæquales finditur, cuius pars minor osse elabitur: crassior verò quæ mol-

s est & propriè Neruus auditorius di-itur, per cauernas prædictas discurrit, c in cauitate prima instar membranæ ilatatur, à quo tamen etiam fibellæ in lias cauitates feruntur.

Huius vsus, Auditus esse instrumen-um, & sensibile *a* extrorsum occurrens xcipere, & sonorum imagines ad cere-rum, tanquam iudicem, deferre.

PAROTIDES.

SVb auriũ *a* radice, Parotides *b* glan-dulæ insignes & crassæ sitę sunt, quę cum Cerebri excrementa suscipiãt, Cerebri Emunctoria dicuntur. Sunt & liæ *c* sub Mandibula inferiore, sub Mus-ulis ossis hyoidis & linguæ: quarum v-us, Ligamenta Maxillæ, ne à frequenti-us motibus alimenta comminuendi ac oquendi exsiccentur, humectare: Va-orum diuisionibus præesse, & tempora-ium Musculorum tendines tueri.

a *Hipp. de glandu-lis.*
b *earum tumor* παρωτὶς *dicitur Gal. 3. compos. s. loca.*
c *in his scrophulæ fiunt: in porcis syl. Animellas & Lacticinia vocant & in delitijs habentur.*

OS. *a*

OS, quod sub Naribus est, & ex la-bijs constituitur, vsum habet *b* proprium duplicem; primum, vt meatus *c* sit ad cibos & potus inconfe-ctos assumendos, vt in eo pro chylifica-tione præparẽtur; Alterũ, ad vsum *d* spi-rationis, quo aer ad spiritus vitalis nutri-ionem inspiretur, idemque expiratione repurgetur, & ad vocem edendam in-seruiat. Secundarius, quo Thoracis & Pulmonum excrementa screatu efferã-

a στόμα: *de hoc Arist. 2. part. anim. 3. 3. part. 1. 1. hist. 11. 4. hist. 3.*
b *Arist. 1. hist. 2. pars qua cibus recipitur. & 3. part. 1. nonnullis ad robur, nonnullis ad sermonem: alijs ad vsum spirandi, &c.*
c *Arist. 2. part. 3.*
d *Arist. 3. part. 1.*

tur, quandoque & Ventriculus vomiti repurgetur.

Huius partes aliæ os ambiunt, alię verò intus continentur: de ambientib. primo, vt sunt Musculi Buccarum, Labiorum, & Maxillæ inferioris.

a *Quinq; motus sunt partium oris, qua de re, & eius musculis, 4.ad.anat.2.& 3.*

MVSCVLI a BVCCARVM & Labiorum.

MVsculi Buccis & Labijs communes vtrinque duo sunt:

1. Quadratus seu Latus *b* musculus, sub colli *c* cute latitans, amplus circa clauiculas, & posteriorẽ colli partem exortus, fibris obliquis in Mentum, Labia & Nasi, aliquando & ad Aurium radicem eas mouendo, inseritur: hic primus in spasmo *d* canino intenditur.

11. Rotundus, *e* siue Buccinator, buccas efformans, membraneus, varijs fibris intertextus, à superiori Maxilla in inferiorem ad Gingiuarum radices inseritur, cui intrinsecus oris tunica connascitur: hic buccas *f* cum labris, inferiore maxilla quiescente, mouet.

b *de diss.musc.1.cui et μυώδης πλάτυσμα. Latum musculum, nos inuenimus ait, 4.ad.anat.4.*
c *de hoc 11. vs. part. 16.diss.musc.1. 4. ad. anat. 4.1. par buccarum & Labiorum Ves. primum par faciei, Fallop. musculus latus in collo. Syl.Columb.*
d *diss.musc.1. cuius fibræ à chirurgo noscendæ 4.ad.an.1.*
e *2.par buccarum Ves.2 par faciei, Fallop.5.Syluio: Buccarum Musculus, Colũbo. vide 11.vs. par.4.*
f *4.ad.anat.2.*

LABIA ET EORVM a Musculi proprij.

LAbia duo *b* sunt, superius & inferius ex carne *c* indigesta & *d* permobili mole efformata, quorum Cutis cum musculis per totum *e* cõmiscetur: & membrana ventriculo & ori com

a *11.vs part. 16. de musc.lab.agit.& de diss.musc.2.*
b *Arist.26. probl.6. Gal.de diss. musc.1.*
c *9.par.musc.faciei, Fallop.*
d *Arist.1. hist. 11.*
e *11.vs.part. 15.*

cõmuni conteguntur, quorũ partes, ꝓpter sanguinis plurimũ affluxũ, rubẽtes προστόμια *f* dicuntur.

Vsus dentes, dum os *g* claudunt ab aëre frigidiore tueri, loquelam commodiorem, cibi potusque assumptionem, sputique reiectionem iuuare.

f *Ruffo & Polluci, & in nostro lib.1. Anat. de partibus externis.*

g *Arist. 2. part. an. 16.*

Mouentur autem Musculis communibus, de quib. dictum, & Proprijs. Proprij sunt labro superiori, vtrinque duo: inferiori, vtrinque vnus.

Superioris I. *h* à Maxillæ superioris osse carnosus, enatus, obliquè in sui latus se inserit, & id sursum, deorsum, introrsum & extrorsum mouet.

h *3. par. musc. faciei, Fallop.*

II. *i* Carnosus, gracilis, teres, pinguedine obuolutus. à cauitate malis subiecta ortus, in frenum, vbi Labia conueniunt inseritur, & labrũ deorsum vertit.

i *7. par musc. faciei, Fallop.*

Inferioris vtrinq; vnus *k* latior at breuior, à Maxilla inferiore ad Menti latera carneus exortus, obliquè in Labij medium implantatur, cuius cuti, vt & prædicti, ita miscetur, vt fibræ decussatim se intersecent, quarum beneficio *l* Labiorum motus diuersi fiunt.

k *4. par. musc. faciei Fallop.*

l *quatuor obliqui, in vtroq; duo: quatuor recti in vtroq; duo. 11. vs part. 16.*

His carneam *m* illam ac indigestam molem, quæ vtrunque labium efformat, addere oportet.

m *pro nono pari musculorum faciei, Fallop. recenses.*

Nerui ad vtrumque Labium exquisitissimi sensus causa, Venæ item & Arteriæ, *n* à propinquis locis, mittuntur.

n *11. vs. part. 16.*

MAXILLÆ *a* INFERIORIS *Musculi.*

MAxilla duplex est, superior *b* immobilis, mobilis *b* inferior, quæ volũtariè sursum deorsum mordendi secandiq; causa, & ad *c* latera molendi gratia, vtrinque musculis *d* quinq;, mouetur.

I Temporalis, *e* qui maximus, & temporum cauitatem implet, & ab eo initio lato semicirculari oritur, sensimque arctatus, sub osse iugali, ne *f* Nerui, cum vtrinque tres inserantur, duo quidem à tertia cõiugatione, tertius autem durior (musculis *g* enim ex neruorum multitudine, robur ad actionem accedit) ex quinta coniugatione, facilè lædantur, Maxillæ processui acuto, quo eam attollat, tendine neruoso, qui carne infra supraque munitur, inseritur.

II Mãsorius, *h* ab osse Iugali, & Maxillæ superioris osse primo neruosus exortus, in Maxillę partẽ inferiorẽ, ipsam mãducantibus circumagens, implantatur.

III Sub *i* temporali, in ossis temporum cauitate situs, à processu alari & osse sphœnoide, neruosus, carnosusq; exortus, in Maxillæ huius ceruicem inseritur, vt eam antrorsum moueat & exerat.

IV Mansorius *k* alter seu in Ore latitãs, crassus ac breuis, à sphœnoidis processibus alatis, neruosus exortus, Maxillæ in-

a Maxilla inferior mouetur quatuor musculorum coniugationibus, &c. de dissect. musc 6.

b *in omnibus animantibus, Crocodilo fluuiatili excepto: causa, quod pedes ad capiendum retinendumq; inutiles habet. 1. hist. 11 & 3. eius. 7. 4. part. 11. Gal. 4. ad. anat. 2. Psitaco vtraq; mobilis existit.*

c *4. part. 19.*

d *diss. mus. 6.*

e *Crotaphitæ diss. neru. 5. 4. ad. anat. 4. Mansorios vocauit Hipp. de diss. musc. 6. & 4. ad. anat. 2. primus maxillæ Vesal. Columb. at Fall. 2. maxillæ.*

f *9. vs. part. 8. & de dissect. neru.*

g *9. vs. part. 13.*

h *4. ad. an. 4. Masseteres diss. neru. 5. & 11. vs. part 4. & mãdibulares 4. ad. anat. 4. Fallop. 1. Vesal. 2. Colum. 3.*

i *temporalis musculi pars, Vesal. musculus maxillam antrorsum producens, Fallop.*

k *Musculi qui intra maxillam in ore habetur. 4. ad. anat. 4. dissect. musc. 6. 11. vsu part. 6. Sylu. paruus: Columb. 2. Vesal. & Fallop. 3.*

læ inſeritur, eamq́ue retrorſum mouet. Hi ſi ſimul agant, mandentibus maxillam ſurſum trahunt.

v Graphioides ſeu Digaſtricus, gracilis & oblongus, à ſtyloide appendice, mẽbraneus & latiuſculus exortus, mox carnoſus & teres redditus, & medio, roboris gratia, neruoſus (quod huic *l* & hyoidis pari ſecundo peculiare eſt) rurſumque carnoſus redditus tendine ſuo in Mentum ſub maxillæ flexura (etſi media ſui parte hyoidis oſſi adhæreat) inſeritur, & os aperit.

Tandem *m* muſculi Quadrati portio ad mentum medium infigitur: & cum maxillæ deorſum trahendę inſeruiat, idcirco aliqui peculiarem muſculum faciũt: etſi tantùm alter agat, obliquè cum buccis labrum inferius diſtorquet.

Ligamentum quoq; Membraneum occurrit, quod Maxillam proceſſu latiore, temporum oſſi, alligat.

l II. *vſ. part.* 4. *&* γραφιοειδῆς: *diſſect. muſc.* 6. 4. *ad. anat.* II. *muſculorum par ori aperiendo præfectum: recentiorib. Maxillæ inferioris muſculus quartus, Veſal. Colũb. Fallop.*

m de diſſect. muſc. 6. *primo loco inter buccarum muſculos recenſet: Arantius tertium par non agnoſcit, & hanc portionem pro quinto pari proponit.*

OS *a* IVGALE.

OS Iugale ſuccedit, quod ſub oculo ſitũ eſt, & ex duorum oſſium proceſſibus, altero oſſis temporum, altero maxillæ primo, in medio per ſuturam *b* obliquam commiſſis, componitur: cuius uſus, muſculi temporalis (cui præponitur) tendinem tueri, & caluariam ibi tenuem firmare.

a Gal. de oſſ. 2.

b interpres Galen. nale legit tranſuerſam.

MAXILLÆ. a

a de his lib. de oss. 5.
b Arist. 3. hist. 7. 4. an. 7.

MAxillæ *b* duæ sunt: Superior, quę ex ossib. duodecim per harmoniam articulatis, cōponitur, suturis, foraminibus, & cauitatib. donatur.

Inferior, figura arcū refert, & in adultis ex vno, iuniorib. infra septimū annū ex ossib. duob. in Mēto per synchondrosin iūctis cōstat, *c* & processus vtrinq; duos habet, alterū acutū, coroni dictū, alterū (qui caput) cōdylodin vocatū, quo maxilla inferior, cū osse tēporū articulatur.

c Hipp. de art. Gal. 4. ad. anat. 4.

In horū circuitu cauitates seu Alueoli, quib. dētes infixi sunt, qui licet ossei sint, certū numerū aut formā nō habēt, cum ex his quidā obliterentur, quidā renascātur: dente enim euulso, nisi nouus succedat, alueolus ita cōstringitur, vt vestigiū ipsius pereat: & senibus, si genuini dētes vel erūpant, noui formātur alueoli: vel si excidant, alueoli obliterantur.

PARTES IN ORE.

IN ore, vt eo aperto patet, plures continentur partes, vtpote Dentes cum Gingiuis, Palatū, Vuula, Tōsillę, Lingua, Os hyoides, Larynx, earumq; partium musculi, & Oesophagi principium.

DENTES. a

DEntiū, quæ *b* ossa sunt sui generis, & soli *c* omniū tota vita accrescūt, generatio duplex *d* est, vel in Vtero materno, vel extra eū In Vtero quidē post Maxillarū generationē in qualibet duode-

a De dentium vtilitate, numero & varietate in animalibus, agitur 11. vsu part. 8. & 9.
b de oßib. 5. enumeratione partium similarium probat cōtra Sophistas, ossa esse
c Arist. 2. gen. an. 4. vbi de dentium generatione & augmentatione agit.
d Hipp. de Carnib. id innuisse videtur, dum tradit primos dentes à victu in vtero nasci, & postquam natus fuerit, puero lactanti à lacte.

duodecim formantur, ex quib. quatuor Incisorij, duo Canini, sex Maxillares, q̃ oẽs sed imperfecti, *e* radicib. carẽtes singulis in alueolis sub gingiuis latitãt, et septimo *f* mẽse cõmuniter ꝓdire incipiũt: primùm, priores ꝓdeũt, alijs superiores prius, alijs inferiores: qui materia duplici cõstant, altera ossea, dura & caua, parte qua erupturi sunt: altera molli, parte posteriore, membrana tenui, pellucida vestiti quæ erumpentibus sensim plurium annorum spatio obdurescit, & intus excauata in radices efformatur.

Extra Vterũ circa septimũ annũ, adhuc seminarijs latitãtib9, dẽtes in vtraq; maxilla decẽ gignũtur, quatuor *g* Incisorij, *h* duo *i* Canini, & quatuor *k* Maxillares, quorum posteriores duo *l* sapientię, vel Genuini dicũtur. Ex his sex anteriores vbi erũpunt, primores extrudũt, eorũq; loca subeunt: qd si priores fortè nõ excidãt, nihilomin9 posteriores per nouos alueolos, in superiori quidẽ, vt plurimũ extrà, in inferiore intrò erũpunt, ita vt *m* Dentium nouus ordo videatur. Ex maxillarib. duo priores, aliquando primores expellũt, frequẽtiùs tamẽ ad latera exorti, numerũ augẽt: posteriores verò duo genũini, nunquã alios expellunt, cum etiã in summa senecta sæpè ꝓdeant.

Vt plurimùm ergo in adultis, quælibet Maxilla dentes sedecim per γόμφωσιν articulatos continet: *n* quorum priores quatuor parte anteriore siti Incisorij, qui

e *vide cap. 7. librĩ nostri de partibus Similaribus.*

f *Arist. 7. hist. 10. vbi addit omnes maturius dentire, quorum nutrices lac habent calidius.*

g *primores prius oriuntur quod officiũ eorũ prius sit. Secatur enim prius, quàm molitur quod comedimus. 5. gen. an. 8.*

h Τομεῖς.

i κυνόδοντες.

k γομφιοὶ *seu* μυλῖται.

l σωφρονιστῆρες: *Arist.* κραντῆρες: *Polluci* ὀψίγονοι.

m *vide lib. nostrũ de partib. similarib. c. 7. Ar. 2. hist. 1. inquit, nullũ genus animalis in nostro orbe duplicĩ ordine, apud Indos Mantichorã belluã triplici ordine esse. Val. Max. lib. cap. 6. Mithridatis regis filiam duplici: Cœl. Rhodigin. l. 4. c. 3. Trimarchum Cyprium, duplici, Herculem triplici ordine. Columb. in puero triplicem ordinem notauit.*

n *11. vs. par. 8. de ossi. 5. vbi & de eorũ no-*

acuti & lati, quo morsu possint incidere: succedunt forma Canini, vtrinq; vnus inferiore basi lati, parte superiore acuti: vt si quid propter duritiem ab incisorijs scindi minus potuit, id frágere ipsi queant. Hos vtrinque quini Maxillares sequuntur, qui asperi ac lati, duri ac magni, vt incisa ab Incisorijs, aut fracta à Caninis, molere (vnde Molares) ac planè conterere queant. In aliquibus tamen, quatuor vltimi desunt: quibusdam in summa o senecta, duo adhuc sapiétiæ vel Genuini, propter alimenti copiam in ossis amplitudine contentam, nascuntur.

minibus: in aliquibus solùm 28. quatuor vltimis deficientibus: in alijs 30. in superiori 16. in inferiori maxilla, 14.

o Arist. 5. gen. an. 8. & 2. hist. 4. ait quibusdã etiam 80. non sine dolore exierunt.

Infiguntur Alueolis, radicibus aut singulis, Incisorij & Canini: aut binis & ternis, Maxillares inferiores: aut ternis & quaternis, Maxillares superiores, cum Maxillæ superioris substantia mollior sit, & penduli sint, vinculis pluribus egent. Verùm omnes in se cauitatem habent magnam vel paruam, pro ratione magnitudinis ipsorum, quæ membrana quadam tenuissima exquisito sensu prædita, quibusdam ex Neruulo, arteria & vena mistis conflata, sublinitur: propter quam calidum & frigidum sentiũt. In hac caries nascitur, aliquando Vermes diros cruciatus caussantes, colliguntur.

Ad horum radices Neruuli p à tertio pari ad sensum, mittuntur: Venulæ, per eorum & Maxillarum substantiam, excur-

p de oss. 5. ex oßibus dentes tantùm, mollium Cerebri neruorum participes sunt, ob idq; soli euidentem sentiẽdi vim habent 9. vs. par. 14. 11. eiusd. 7.

currũt, vnde ad extremum ſenium creſcunt, & accreſcunt, idque propter continuum, in ciborum manſione attritum: Arteriolę, ad caloris natiui cuſtodiam.

Vſus. Cibos *q* comminuere, & *q* vocis formationi inſeruire.

His *r* GINGIVÆ, caro dura atque immobilis ceu vallum, cui Dentes infixi, quo & Nerui mittuntur, adnaſcuntur, quo Dentes in alueolis firmentur, & quaſi ligamentis *ſ* fortibus colligentur, inque edentulis cibaria conterantur.

PALATVM.

PAlatum, ſuperior Oris *a* pars eſt, meatuum Cerebrum purgantium foramina continens, ex oſſe *b* duro ac denſo factum, ne ab excrementis delabentibus breui computreſcat, quod alij Capitis ſeptimũ, alij verò Maxillę ſuperioris *c* os cenſent.

Diuiditur ſuturâ, & tunicâ craſsâ, carnoſa, à dura matre pronata, inueſtitur, quæ buccas ſuccingit, Gingiuas producit, quibuſdam in locis rugoſa, & aſpera, quo rectius Cibi mandentur: concauũ eſt, vt aere reuerberato vox reddatur, & aer attractus tepefiat.

Neruuli duo à quarto pari ad eius poſteriorem partem mittuntur; quo loci foramina duo, quo ore clauſo inſpirare & exſpirare liceat, & vijs narium obſtructis, excrementa in cerebri ventriculis collecta, per os reijciantur.

q Ariſt. 5. gen. an. 8. & 3. part. an. 1. potiſsimum loquutionis gratia tales totq; numero dentes homo ſortitus eſt: ad literas enim exprimendas, plurimum conferunt primi dentes. Galen. introd. 11. & lib. definit. medic.

r 4. ad an. 4. Ariſt. 1. hiſt. 11. Oris compago multifida, Gingiua appellatur: carne hac conſtant, intusq; dentes oſſei cohærent.

s 11. vſ. part. 8.

a Ariſt. 1. hiſt. 11. dicitur οὐρανὸς: οὐρανίσκος Galeno, alijs ὑπερῷον.

b 11. vſ. part. 19. piſcibus compluribus carnoſum, Ariſt. 2. part. an. 17.

c 11. vſ. part. 20.

VVVLA.

A Palato parte *a* penitiore iuxta narium meatus in os Vuula propendet, ſubſtantia carnoſa, ſpongioſa, ex Palati membrana reduplicata, pronata: rotunda, oblonga, ſupernè lata, infernè acutior; quæ Venulas, à venis palati tunicam nutrientibus, recipit.

Cuius vſus, *b* Vocis *c* plectrum, dum ibi aëris repercuſſio fit: & aëris inſpirati frigiditatem, ne ſubitò in pulmones irruat, temperare.

a *Ariſt.1.hiſt.an.11.* γαργαρεὼν, id eſt, *gurgulio græcis: Si humore eò deſtillante longius protrahatur,* κίων *Columna, cum verò inferna parte craßior eſt,* σταφυλή *Vua dicitur.*

b *11.vſ.part.11.& libello de voce.*

c *quare hominibus & auibus cantantibus ſolùm data.*

FAVCES.

Fauces *a* ſeu φάρυγγα, oris posteriorē & inferiorem partem, gutturi gulæque cōmunem ſignificant, vbi Narium foramina in os deſcendentia, Linguæ radix cum Tonſillis, os Hyoides, Oeſophagus, & Larynx cum Epiglottide, exiſtunt.

a *de diſſect.muſc.15. Ariſt.1.hiſt.11.*

TONSILLÆ.

Tonſillæ ſiue amygdalæ, glandulæ ſunt ſpongioſæ, circa linguæ radicem ante Oeſophagi principium, vtrinque vna, quæ communi oris tunica teguntur, & venulas à iugularibus recipiunt: quarum vſus, humiditatem cerebri ſuſcipere, in ſaliuá conuertere, omniaque in oris circuitu, vt Linguam, ne *a* exſiccata tardius moueatur, Oeſophagum & Laryngem humectare.

a *11.vſ.part.10.*

MVS-

MVSCVLI *a* FAVCIVM, DE-
glutitioni inseruientes.

IN faucibus musculorũ paria quatuor sunt, quorum duo dilatant, duo constringunt fauces, ad cibi potusque ingressum, sicq; deglutitioni inseruiunt.

I par *b* à sphœnoidis apice neruosum exortũ, per ꝓcessus alati cauitatem descendens, tendine nerueo in palati cutem iuxta Vuulá inseritur, vt palatũ cum Vuula sursum trahat & fauces dilatet.

II par, *c* ex eodem loco neruosum enatum, faucium lateribus ad tonsillas inseritur, quo has sursum ad latera trahat & fauces dilatet.

III par, *d* in faucium parte posteriore, vbi caput ceruici iungitur, tenue exoritur, & in hyodis latera & laryngis cartilaginẽ primã inseritur, vt fauces in deglutitione cõstringat & guttur subleuet.

IV par *e* à styloide gracile exoritur & tendine membraneo laryngis cartilagini primæ, hyoidis ossis lateribus, & linguæ extremo inseritur, quo eas partes sursum trahat, fauces constringat, & guttur subleuet.

a *Faucium musculos Galenus primus descripsit, vtrinq; vnum constituens lib. de diss. musc. at Vesalius prætermisit: Fallopius tria paria descripsit.*

b *1. par Fallop.*

c *2. par Fallop.*

d *3. par Fallop.*

e *4. par linguæ commune faucibus cum lingua.*

OS *a* HYOIDES ET EIVS
Musculi.

OS à forma *b* Ypsilon Ypsiloides & Hyoides, & *b* à littera Λ lambdoides dictum, linguæ basi, cui peculiare est, cum super id moueatur, fundamenti vice subijcitur, & Laryngi præ-

a *de huius vsu musculis, ligamentis & membranis 7. vs. part. 19.*

b *de dissect. mus. 13. de diss. neru. 10.*

ponitur, ex oſſibus quinque compoſitum, cuius oſſiculum medium maximũ, foris gibbum, intus cauum.

Proceſſus (cornua vocatos) binos vtrinque habet, ex oſſiculis modò pluribus, modò paucioribus cõſtantes: quorum proceſſus duo graciliores, ligamentis teretibus, ac tenuibus extremitatibus Styloidis colligantur: duo verò inferiores, duobus vinculis validis cum Laryngis cartilagine arytenoide *c* copulantur. aliquando duobus tantum proceſſibus donatur, tumque illorum locum ligamenta ſubeunt, quæ ad ſtyloidem appendicem abeunt. Hoc vt tranſglutitioni vtile foret, mobile eſſe debuit, quod tamen non niſi mota Lingua mouetur, idcirco Muſculos *d* quatuor vtrinq; obtinuit, ipſi & Linguæ communes, quos primò enarramus, cum Linguæ Muſculi niſi Hyoidis ſint remoti, rectè oſtendi nequeant.

c de diſſect. muſ. 17. & 7. vſ. part. 19.

d Fallopio ſex paria: quæ ligamenta & non muſculi huius oſſis quibuſdam.

I Par, *e* Sternohyoidei, à ſummo ſterno enatum, aſperæ arteriæ innitẽs in baſin hyoidis inſeritur, & rectà deorſum & retrorſum trahit.

e 4. par Sylu. 5. par Veſal. Columb. Fallop. cui os deorſum trahit.

II Par *f*, Geniohyoidei, à mento interno vario fibrarum ductu exoritur & ad baſin hyoidis inſeritur, quo id rectà ſurſum & antrorſum trahat.

f 3. par Syl 2. Veſal. Columb. Fallop. cui os ſurſum trahit.

III par *g*, Styloceratoidei, à ſtyloide appendice in Hyoidis cornua, vt ad latera moueat, deſinit.

g 1. par Syl. 3. Veſ. Col. Fallop. qui vult os ſurſum trahere.

IV par *h*, Coracohyoidei, à coracoide scapulæ processu, quod in medio nerueum *i*, obliquè in processus hyoidis, vt in latera deorsum trahat, implantatur.

Vsus *k* huius ossis maximus, vt basis sit linguę, & ab eo multi Linguę musculi, Laryngis item anteriores, alijque ortum ducant.

h 2. par *Syl.* 4. *Ves. Col. & Fallop.*
i *idcirco Digastrici Galeno, quos scapulam attollere vult.*
k 7. *vs. par.* 19.

LINGVA *a* ET EIVS *Musculi.*

Lingua, à lingendo dicta, in ore palato *b* subiacet: cuius substãtia caro est peculiaris, cum per eam fibræ nullæ ferantur, mollis *c* & spongiæ instar rara: laxa, vt sapores discernat, qui sensus in *d* prima lingua subtilior est.

Figura oblõga, in radice roboris gratia, lata & crassa: in extremitate, celeris motus caussa, tenuis & acuta, cuius moles ad amussim ori adaptatur, quo in omnem eius partem pertingat, cuius medio infernè

e Ligamentum, Linguæ frenum dictum, subiacet: validissimum, vt suo robore eã attollat & exerat, proprios Musculos excipiat: cuius Ligamenti extremo funiculus, Linguæ frenulum adnascitur, cum hominis Lingua ad extremũ vinculo connexa, in infantibus reperiatur.

Membrana quam eius *f* Nerui sensifici amplificati (cum musculos subiectos non attingant) contexunt, inuestitur.

a *Arist. potiss. de ea agit* 2. *de part. an.* 17. *Gal.* 11. *vs. part.* 10. 9. *vs. part.* 8.
b *Arist.* 2. *part.* 17.
c 10. *prob.* 21. & 34. *prob.* 4.
d *Arist.* 1. *hist.* 11. & *Plinius.*
e 11. *vs. part.* 10.
f 9. *vs. par.* 13.

g *16.vs.part.3.8.eiusd.5.11.eiusd.10.*

Neruorum *g* duplex genus recipit, alterum molle, sensificos nimirum, in tunicæ superficiem, qua sapores consequitur, vt eos discernat distributum, tertium nimirum, & quartum Neruorũ par: alterum durum, motorios puta, in Musculos, quo lingua motu voluntario moueatur, septimum puta par, disseminatur.

h *11.vs.part.10.*

Venæ *h* binæ Raninæ dictæ, à iugularibus externis linguæ subijciuntur, quæ in faucium affectibus inciduntur: sic & *k* Arteriæ, vtrinque vna à Carotidibus, feruntur.

i *Arist.2.par.an.10.*
k *in Coacis.*
l *duplex membrum 11.vs.part.10.*
m *ob eam caussam alios ex superiorib. alios à lateribus in ipsam insertos habet. 11.vs.part. 10. vbi de musculis agit: & de diss. musc.14. ex osse hyoide, musculorum linguæ bona pars habet originem.7.vs. part.19.*
n *πλαγιοὶ transuersi seu laterales. dissect. musc.14. Ves.Col. & Fallop. tertium par.*
o *qui fibras ἐγκαρσίας trāsuersas habent. dissect. mus.14. Ves.4.par. Col.5.par. Fallopius reperiri negat.*

Diuiditur *i* linea quam Hippocrates *k* δικροῦν vocauit, quę ipsam mediam percurrit, geminamque *l* quemadmodum omnia reliqua sensuum instrumenta constituit. Et licet linguæ caro, Musculo videatur similis, cum tamen varios & celeres motus voluntariè edat, Musculis eguit, qui duplices sunt, Communes de quibus dictum, & Proprij. Hi aliunde exorti, in Linguæ substantiam desinunt, vt eam sursum, deorsum, introrsum, extrorsum & in latera *m* moueant.

1. par Styloglossi *n* à Styloide appendice graciles orti, trãsuersis fibris in Linguam, eam introrsum ducendo, implantantur.

11. par Myloglossi *o* à Maxillæ inferioris lateribus ad molarium radices

princi-

principio lato, fibrisque transuersis oritur, & in eius Ligamentum inseritur. Quod si alter tantum agat, Linguã obliquè sursum ducet: vtriuq; simul agentibus, recto mucrone ad palatũ attollitur.

III. par Geneoglossi, *p* à mento ad Linguam eam exerendo fertur.

IV par Basiglossi, *q* ab ossis hyoidis basi in linguæ basin, eam retrahendo, inseritur.

V par, Ceratoglossi, *r* à hyoidis cornibus superiorib9, in linguę radicẽ ad latera dextrorsum sinistrorsumq; mouẽdo, inseritur. Ad radicẽ Linguę remotis hisce musculis adhuc Caro *s* ex glandulis & pinguedine mixtis, (quò lingua perpetuo madeat) cõspicitur. Vsus: loquelæ *t* & gustus esse instrumentũ, imò & masticationi *u* inseruit, dũ cibos instar manus in ore assiduè transfert, sicque & transglutitionem adiuuat.

LARYNX *a* ET EIVS *Musculi.*

LArynx asperæ Arteriæ, vel *b* bronchij caput, Spiritus & vocis, cum in ea primùm vox fiat, instrumentum: partes habet Musculos, cartilagines, membranas, venas, arterias, neruos & glandulas. Nã cum vocem ex arbitrio edamus, volũtario motu larynx moueri debuit, quod beneficio musculorũ *c* se-

p Col. 2. & Fallop. 1. par. at Auerrhoes vult proprio motu, non musculorum opelinguam exer[illegible]

q εὐθεῖς recti Gal. l. c. [illegible] f. & Col. [illegible] par. Fallop. est quintum par sed hyoidis proprium.

r λοξοὶ obliqui Gal. l. c. [illegible] f. & Fall. 2. par. Col. 4. par. in bobus geminum est.

s Vesalio nonus: Columb. vndecimus muscul.

t homo habet vt significet aliquid alter. 3. de ani. text. 68.

u 11. vs. par. 4. at 4. loc. aff. triplex linguæ vsus, motus, tactus & gustus.

a Gal. de Laryngis particulis & vtilitate egit 7. vs. part. 11. & 12. vide libellum de vocalium instrument. dissectione.

b 7. vs. part. 11. alijs nodus gutturis.

c Gal. 7. vs. part. 14. mouetur à musculis, propria quidem sua compositione duodecim: quatenus verò communionem habet cum partibus vicinis, ab alijs octo, 7. vs. part. 11. & 14. diss. musc. 10. & lib. de vocal. instrum. dissect. 5. Vesal. sunt. 20. Sylu. 18. Columb. & Fallop. 14.

decim, qui cartilagines mouent, perficitur: quorum alij communes, alij proprij. Cõmunium ſex, quorum quatuor conſtringũt, duo dilatant, non à Larynge prodeuntes, ſed in eam inſerti. Propriorum decem, quorum ſex dilatant, quatuor conſtringunt, qui & à Larynge oriuntur, & in eam deſinunt. De communibus primò cum Galeno, ſiquidem primi occurrant.

d *Musculi aſperæ arteriæ, de diſſect. muſc.* 10.
e *Veſal. & Fallop.* 2. *par: Columb.* 1.
f *Veſal: & Fallop.* 1. *Columb.* 2.

d Communium par primum *e* (Brõchij) à ſterno interno exortum, ſecundum aſperam arteriam progreditur, in thyroeidis latera infernè inſeritur, vt eam detrahendo rimam coarctet.

II *f* par (Hyoidei vel Hypothyroeidei) ab hyoidis inferiore ſede exortum, in thyroidis baſin implantatur, vt eam attollendo, rimam dilatet.

g *Veſal. & Fallop.* 3. *par: Columb. vnicum eſſe vult, & pro* 5. *habet.*

III *g* par (Oeſophagiæi) à latere thyroidis prodit, Oeſophagum amplexatur, & thyroidis latera contrahendo, rimam conſtringit.

h *proprij gutturis ſeu laryngis muſculi Gal. de diſſ. muſ.* 11.

h Propriorum alij anterius, alij poſterius, alij interius, alij exterius poſiti ſunt, & rimulam in inſpirationibus aperiunt, in exſpirationibus claudunt.

i *quatuor eſſe cum Gal.* 7. *vſu part.* 11. *Veſalius & Syluius volunt:* 1. *par Col. & Fallop.*
k 3. *par. Veſal.* 2. *Col. & Fallop.*

Anteriorum & exteriorum

I par *i* (Crycothyroidei antici) à Crycoide anteriꝰ exortũ, in thyroidis poſticam baſin abit, & Laryngis rimulam aperit.

II. par *k* (Crycoarythenoidei poſtici) à

(i) à crycoide poſterius exortum, in ary-
thenoidis partem inferiorem, laryngem
aperiendo, inſeritur.

III *l* par (Crycoarythenoidei late-
rales,) à Crycoidis lateribus ſuperius
exoritur, & in arythenoidis partem
internam, laryngem aperiendo, inſe-
ritur.

l 4. *par Veſal.* 3. *Col. & Fallop.*

IV *m* par (Thyroidei interni, ſiue
Thyroarythenoidei) in capacitate la-
ryngis poſitum, à thyroidis parte an-
teriore & interiore prodit, & in latera
arythenoidis inſeritur, & Laryngem
claudit.

m 5. *par Veſal.* 4. *Col. & Fallop.*

V *n* par (Arythenoidei) à poſtica a-
rythenoidis linea exortum, in eius late-
ra fibris ſuis tranſuerſis delatum, inſeri-
tur, vt Laryngem claudat.

n 6. *par Veſal. at Columb. & Fallop. vnus eſt muſculus.*

EPIGLOTTIS, etſi rimulam tegat
& retegat, non muſculorum beneficio
it in homine, ſed aſſumptorum ponde-
re, rimula tegitur, non tamen ita exqui-
ſitè, quin non exiguum quid *o* potionis
in Aſperam arteriam deferatur: alijs ve-
rò temporibus, propter continuam re-
ſpirationem, ſemper patet. In ruminan-
tibus reperiuntur

o *Hippoc. de Corde Gal.* 7. *vſ. part.* 17. 8. *plac.* 9.

p Hyoglotti, ab Hyoide, in Epiglotti-
dis baſin inſerti, eam attollendo: &
Scutiglotti, inter Epiglottidis tunicã,
eiuſque Cartilaginem ſiti, qui eam clau-
dunt.

p *Gal. non meminit: Veſalius laryngem bouinam cum proponat, pro* 4. *pari communium recenſet, muſculos laryngis operculi nominãs.*

CARTILAGINES
Laryngis.

EX Cartilaginibus q quatuor, nihil iis quæ asperæ arteriæ insunt simi-libus, Larynx componitur, quibus quinta Epiglottis dicta, imponitur: quarum

q ex tribus Gal.7. vs.part.11.ex quinq; ossibus Columb.

Prima à forma θυρεοειδὴς r seu scutifor-mis, quę anteriorem partem tegit, inque medio s linea conspicitur, intus caua, foris gibba & protuberans, vnde po-mum Adami dicitur: processus habet duos superius, totidem inferius, quibus musculi adhærent.

r de diss.muscul.11. 7.vs.part.11.vocal. instrum.4.
s idcircò Colum, duo laryngis ossa.

Altera κρικοειδὴς t seu Annularis, quæ Annuli instar, Laryngem totam ambit, & ab Oesophago posterius, vbi amplior & nõnihil ad musculorum insertionem eminet, discernit, fistulamque apertam seruat: quæ quantò prima minor, tantò tertia maior est.

t innominata ple-risq; ex lib.de diss. musc.11.causam di-cit, lib.de vocal. inst. 4.at Alb.magno quod oculis conspici non possit.

Tertia & quarta ἀρυταινοειδὴς u seu Gut-talis, quæ parte superiore duos proces-sus habet, qui iũcti illi ollarum parti, qua aquam effundimus, similes sunt, & ad imam scutiformis regionem copulati Rimulam modulandæ voci accommo-dam, constituunt, quæ Lingula dicitur: nisi enim x transitus sit angustior, vox fieri nequit, cui præcipuum articulatæ vocis tribuitur. Quod si membranæ, quibus obtegitur, separentur, ex dua-bus

u de diss.mus.11.7.vs. part.11.& 17. At Columb.4.& 5. La-ryngis os: Fallop.3. & 4.Cartilago.

x 7.vs.part.13.

bus cartilaginibus compoſitam eſſe apparet. Inter hanc & priorem à membranis cartilagines colligantibus, vtrinque

Sinus *y* efformantur, in quos micæ panis vel potus, dum ridendo vel loquendo aſſumimus, illabuntur, & quia ſubitò *z* contra reſpirationem feruntur, idcircò tuſſim excitant: quòd verò inter bibendum aliquid *a* ſenſim per rimam illabitur tanquam iuxta parietem, aêris elationi non obſtat, ſed lubricam ipſi viam humectatio præbet: quorum vſus, aêrem attractum, ne impetu illabatur, alterare.

y *duæ paruæ conuexitates Gal. 7. vſ. part. 11. & 13.*

z *8. de placit. 9. 7. vſ. part. 17.*

a *Hipp. de Corde: negat Ar. potum per arteriam tranſire: Rectè ſi de omni intelligatur.*

b Cartilago prædictis impoſita, ἐπιγλοττὶς, Lingua & Ligula dicitur, quæ rimulæ operculum eſt, ne facilè quid inter tranſglutiendum in aſperam arteriam illabatur: quæ ſubſtantia eſt molli, cartilaginea, vt ſine noxa continuò moueatur: parte ſuperiore gibba ac mollis, interiore caua & durior, forma folij Hederæ, quæ ab vtraque parte membrana ori communi, ſimul cum lateribus tertiæ cartilaginis colligatur.

b *de Epiglottide Hipp. de Corde. Ar. 3. part. an. 3. & 2. hiſt. 12. Ouipara carere oſtendit: cui minor lingua vel ligula 1. hiſt. 16. Gal. 7. vſ. part. 13. & 16.*

MEMBRANA, VASA ET *Glandulæ Laryngis.*

LAryngis cauitas interna, mēbrana ori cōmuni ſuccingitur, qua etiam extrinſecus cum cartilaginibus &

muſculis obuoluitur, & humiditate quadam lenta perfunditur: quam carneis fibris adaugeri, ad Epiglottidem attollendam, eamq; exterius, ob ciborum tranſitum pellicula obuolui volunt.

Venas à iugulari externa, pro nutritione: Arterias, ab arteria Carotide, pro vita & calore: Neruos, *c* à ſexto pari medullæ cerebri ramo Recurrēte, pro muſculorum motu accipit.

c *de his Gal. 7. vſ. part. 14. & 15. de diſſ. neru. 10.*

Glandulæ duplices, aliæ ad Vuulæ latera, quæ Tonſillæ dicuntur: aliæ *d* ad Laryngis humiliorem ſedem, per quas Venæ à Iugulari externa diſſeminantur, quæ ſua humiditate viſcoſa, laryngem irrigant.

d *7. vſ. part. 17.*

DE



DE ARTVBVS ET DE MANV PRIMO.



RTVS, membra ſunt ex corpore explantata, quæ in MANVS & PEDES diuiduntur.

Manus inſtrumentum *a* eſt ante omnia inſtrumenta, quæ homini pro *b* corporis nuditate, ne inermis *c* eſſet & vulnerari facilè poſſet, data, pro defenſione ſui, & tãquam inſtrumentum ad omnes artes neceſſarium, paci nõ minus, quàm bello idoneum: cùm enim animal ſapientiſſimũ *d* ſit, organa animali ſapienti conuenientia, accepit: cuius actio *e* apprehenſio.

Quo verò & maiora *f* & minora corpora apprehenderet, à ſe inuicem diduci debuit; quare in digitos fuit diuiſa, nam indiuiſa, minima quæ duobus digitis etiam ſummis comprehenduntur, non apprehendiſſet: debuit etiam multiformiter diuidi, vt figuras multiformes comprehendat.

Aſt cum non pauca corpora ſint mole maiora, quam vt vna manu comprehendi poſſint, duæ creatæ, quo altera alteri auxilio ſit, idcirco ad ſe inuicem inclinatæ, & æquales productæ ſunt. Iam verò non omnes digiti vnius longitudi-

a *Ariſt. 4. part. an. 10. Galen. 1. vſu part. 4.*
b *1. vſ. part, 4.*
c *1. vſ. part. 2.*
d *1. vſ. part. 3. ex Ariſtotele: Anaxagoras credebat hominem idcirco ſapientiſſimum quod manus haberet.*
e *1. vſ. part. 8. 9. 10. & 16.*
f *1. vſ. part. 5.*

nis esse debuere, sed quatuor vnus opponi debuit, quo idquod quatuor fideliter apprehenderunt, quintus flexione sua parua curuatus, actionem perficiat, qui ab alijs *g* distat, quo situ contrario ijs opponatur.

g ex Hipp. 1. vs. par. 9.

Digitorum summitates, *h* ex carne & vngue componuntur, inter nimis mollia *i* & dura mediam naturam sortiuntur, vt sic firma fiat apprehensio. Si namque extremitas ipsorum non esset carnosa, sed ossea, spinas, pilos, non comprehenderent: nec etiam si carne humidiore aut molliore constarent, cum ei quod apprehenditur, apprehẽdens circumplicari debeat.

h 1. vs. par. 7.

i 1. vs. par. 6.

Vngues extrinsecus appositi, non solùm *k* munimenti gratia, verùm *l* firmamenti, vt meliùs *m* apprehẽsio fiat: quos *n* nec superiores, nec inferiores digitorum summitatibus, esse conuenit: eosdem etiam non conueniebat *o* esse duriores, ne rumperentur, sed tales vt in apprehensione flecti possent. Verùm cum Manus actio *p* sit apprehensio, apprehensio autem absque motu fieri non possit, musculis tanquam motus voluntarij instrumentis opus habuit.

k vt voluit Arist. ex Gal. 1. vs. par. 8.
l 1. vs. par. 7.
m 1. vs. par. 10.
n ex Hipp. 1. vs. par. 7.
o 1. vs. par. 11.
p 1. vs. par. 10.

Hæc autem actio vt meliùs perficeretur ab ipsis digitis, ossa *q* ad actionum firmitudinem obtinuere, quæ per articulos cõnexa, ad omnem actionem promptè figurandam. At tria *r* esse debuere

q 1. vs. par. 12.
r 1. vs. par. 14.

(non

(non plura, aliàs extensionem læsissent, minus firmam efficiendo: non pauciora, aliàs diuersas figuras tum digiti non haberent) vt multiformiter moueantur, & patiendi promptitudinem effugiant. Horum primum maius altero, cum illud vehat, hoc vehatur. Sunt quoq; partes *s* superiore latiora, & extrinsecus maiora, vt liberè intus flecti possint, & vnũquodque eminentiam cauitati immissam habet: quælibet cauitas iusto amplior non est, nec strictior, ne articulus infirmior sit, vel motus difficulter fiat: sic & vtrinq; os cartilagine subunctũ, quib. humorem vnctuosum, ad mobilitatẽ & attritus contumaciam, superfudit. Sed ad historiam Anatomicam accedamus. *s* 1. *vs. par.* 15.

Summa Manus dicitur id, quod est ab humero ad digitorum apices, & in *t* Humerum, Cubitum, & manum extremam diuiditur. Hæc in Brachiale, Postbrachiale, & Digitos subdiuiditur. *t de inæq. intemp.*

Huius partes aliæ sunt continentes, aliæ contentæ, Continẽtes communes, Cuticula, cutis, Pinguedo cum sua mẽbrana, Panniculus carnosus: Propria, est Musculorum membrana.

Contentæ sunt Musculi, Vasa & Ossa. Musculi summæ Manus & quidẽ manus cuiuslibet sunt quinquagintaquinq;, si scapulę masculos addas. Vasa sunt Venæ, Arteriæ, Nerui: Ossa in qualibet Manu quadraginta duo.

DE MVSCVLIS.

ETsi minus rectè musculi capitis, ceruicis, scapulæ & dorsi in librum Artuum referantur: attamen cum methodum administrandi seruemus, illarumq; partium Musculi rectè demonstrari nequeant, nisi prius Brachij musculi remoueantur, idcirco Brachij musculos præmittimus, Scapulæ, Thoracis, Capitis, Ceruicis & Dorsi subiecturi: quibus enarratis, reliquos Manus musculos, cum cæteris diutius incorrupti seruentur, prosequemur.

MVSCVLI a HVMERI *seu Brachij.*

a *Gal.5.ad.an.1. & 2.de dissect.musc. 18, & 19. 13. vs. part.13. & 14.*

BRachiũ antrorsum, retrorsum, sursum, deorsum, & in gyrum beneficio Musculorum septem mouetur,

b *Gal.in quatuor diuisit 13.vs. part. 13. Vesal.Columb.Fall, primus.*

I. *b* Pectoralis, quasi ex pluribus cõpositus, ex Sterno, media clauicula, & costæ sextæ, septimæ, octauæ cartilaginibus, carnosus latusque exortus, móxque coarctatus infrà humeri caput, tendine quasi reduplicato implantatur: & cum fibris varijs donetur, brachium pectori diuersimodè adducit,

c *Musculus qui ad epomida duo habens capita, 13.vs.part. 13. 3.ad anat. 3. Vesal, Col, Fallop.secundus,*

II. *c* Deltoides, & Epomis ex media clauicula, summo humero totaque scapulæ spina exortus, tendine valido, carnoso, neruosoque, humero sub ceruice inseritur: brachiumque attollit.

d *Galen.diss.musc. 18. Vesal. Columb. Fallop. quartus.*

III. *d* Latissimus & aniscalptor, qui totum ferè dorsum integit, ab apicibus ver-

vertebrarum inferiorum Thoracis, osſisque ſacri medio membranoſus oritur, ſurſumq; ſupra ſcapulæ baſin (cui etiam fibris quibuſdam adnaſcitur) carnoſus delatus, tendine valido & quaſi reflexo infra humeri caput intrinſecus inſeritur, vt brachium retrò deorſum trahat.

IV. *e* Rotundus maior, ſub axilla ab inferiore ſcapulæ coſta exortus, tendine breui, lato, membranoſo & neruoſo in Humeri partem ſuperiorem infigitur, vt brachium retrò deorſum trahat.

e *Veſal. Col. Fallop. tertius.*

V. *f* Superſcapularis inferior, exteriorem ſcapulæ partem, quæ ſub ſpina eſt tegens, à ſcapulæ baſi enatus, cuius formam refert, tendine amplo breuique humeri ligamẽto inſeritur, brachiumq; circumagit.

f *Galen. 5. ad. an. inter brachium attollentes: at 13. vſ. part. brachium retrorſum agi vult. Veſal. Fallop. ſeptimus: Columbo ſextus: quibuſdam infra ſpinatus.*

VI. *g* Superſcapularis ſuperior, ſeu rotundus minor, ſupra axillam, omnem cauitatem à qua enaſcitur, implet, ſubq; tranſuerſo articuli ligamento, quod eſt à ſummo humero ad anchorę proceſſum, delatus ipſi implãtatur, vt brachium circumagat.

g *Veſal. Fallop. Col. quintus: quibuſdam ſupra ſpinatus.*

VII. *h* Subſcapularis ſeu immerſus, à ſcapulæ parte interna, quam implet, exortus, tendine lato in humerum interiorem inſeritur, vt brachiũ circumagat.

h *de diſſ. muſc. 18. Veſal. Fallop. ſextus: Columb. ſeptimus.*

MVSCVLI *a* SCAPVLÆ.

SCapula antrorſum, retrorſum, ſurſum, & deorſum muſculis *b* quatuor mouetur.

a *de his Gal. de diſſ. muſc. 7. & 8. 13. vſ. part. 13. 4. ad. an. 10.*
b *Gal. ſeptem. Syl. quinq;. Veſ. Columb. Fallop. quatuor.*

c Vesal. Fall. primus: Col. secundus.

d Gal. humero inseruire censet.

I. *c* Serratus minor, à costis quinque superioribus exortus, tendine carnoso, neruosoque Scapulæ iuxta processum κορακοειδῆ internũ inseritur, vt eam *d* antrorsum moueat.

e de diss. musc. 7. Gal. 4. ad. an. in duo diuisit & Sylu. Trapezius: Vesal. Fallop. 2. Columb. 1.

II. *e* Cucullaris, varijs fibris donatus, ab occipitio & spinis vertebrarum, colli ac thoracis superioribus exortus, in scapulæ spinam, summumque humerum neruosus carnosusq; implantatur, & ob fibrarum diuersa genera, diuersosque exortus, scapulam nunc sursum, nunc deorsum, rectaque ad dorsum trahit.

f Vesal. Fallop. Columb. 4.

III. *f* Rhomboides, qui priori subiacet, tenuis, latus, à spina trium inferiorum colli, & trium superiorum thoracis vertebrarum (vt in duos diuidi possit) carnosus enatus, fibris obliquis scapulæ basi inseritur, eam sursum ad posteriora trahens, dorsoque applicans.

g Ves. Col. Fallop. 3.

h quatuor aliqui faciunt, quia diuersus exortus & insertio diuersa.

i Gal. 4. ad. an. 10. dissect. musc. 12. & 13. aliud adhuc addit, quem quartum ossis hyoidis esse diximus: at Syluius his serratum maiorem qui 2. Thoracis est addit.

k tria habet Galen. 13. vs. part. 12.

IV. *g* Leuator supra clauiculá à quinque vertebrarum colli processibus trásuersis, vnde *h* plures videri possunt, enatus, carnosus elatiori scapulæ angulo, vt antrorsum sursum trahat, inseritur.

i Ligamentis *k* quinque humeri os cum scapulæ ceruice, ne sua sede excidat, iungitur, 1. membraneum ex superciliis ceruicis enatum, articulum complectens, humeri capiti infigitur. 2. & 3. à scapulæ processu enatum. humeri capiti circumtenditur, 4. eodem

dem quo tertium loco enatum, obliquè humeri capiti infigitur. 5. ex ſcapulæ proceſſu interiore ad ſummum humerum fertur.

MVSCVLI *a* THORACIS.

Thorax, cum facultate partim naturali, partim voluntaria, dilatetur ac conſtringatur, muſculos ſexaginta quinque obtinuit, vtrinque triginta duos: vtpote intercoſtales *b* viginti duos, Abdominis (præter pyramidales) vtrinque quatuor, vnum communem, videlicet diaphragma, de quibus ſupra: & ſex ipſi proprios, de quibus nunc.

I. Subclauius *c* à clauicula tota, infernè carnoſus enatus, coſtæ primæ carnoſus obliquè implantatur, qua ſurſum tracta, Thorax ſurſum dilatatur.

II. Serratus *d* maior ex ſcapulæ baſi interna carnoſus enatus, acutis inſertionibus propter obliquè deſcendentes tendines, coſtis octo ſuperiorib. inſeritur, inq; maximis conatibus coſtas, extra trahendo, Thoracem dilatat.

III. Serratus poſticus ſuperior *e* ſub Rhomboide ſitus, à trium vertebrarum colli ſpinis, ac primæ Thoracis, membranoſus exortus, trium ſuperiorum coſtarum interuallis inſeritur, quibus ſurſum tractis, Thorax dilatatur.

IV. Serratus poſticus inferior, *f* membraneus, ex duarum infimarum

a *de his Gal. de diſſ. muſc. 4. ad. an. 3. 16, vſ. part. 7.*

b *Veſ. vtrinq; triginta quatuor, verum cum nulli ſint Intercartilaginei, tantum viginti duo ſunt.*

c *muſculi ſub clauiculis de diſſ. muſc. 12. Veſ. Col. Fall. primus.*

d *Gal. diſſ. muſc. 17. Veſ. Col. Fall. ſecundus: quem Scapulæ cenſet Syluius.*

e *Veſal. Col. Fall. 3.*

f *Veſ. Fall. 5. Col. 4.*

vertebrarum thoracis ſpinis enatus, coſtis quatuor inferioribus inſeritur, vt ijs extrorſum tractis, Thorax dilatetur,

g *Veſ. Fall. 4. Col. 5.*

v. *g* Sacrolumbus, carnoſus ex ſacri oſſis poſteriori, & Ilij oſſis ſede prodiẽs dorſi Muſculis circa Thoracis infimam vertebram cõmixtus, mox ab ijs ad coſtas ſecedens, tenuis coſtarum radicibus inſeritur, quas deorſum trahendo Thoracem conſtringit.

h *Veſ. Col. & Fall. 6. in canibus totum ſternum occupat. Fallop. tres adhuc addit in ceruice collocatos.*

vi. *h* Triangularis, qui paruus à Sterni parte inferiore enatus, cartilaginibus inferioribus obliquè innatus, eas adducendo Thoracem conſtringit. Hicq; facit vt fibrę muſculorum Intercoſtalium, & Intercartilagineorum, diuerſæ appareant.

Ligamentis membraneis communibus thoracis articuli iunguntur: ſic coſtæ cum vertebris validis ligamentis, quemadmodum cum ſterno cartilaginibus intercedentibus colligantur: Sic ſterni oſſa, cartilagine tenui intercedente, & perioſtio duplici obducta, connectuntur.

a *Gal. de diſſ. muſ. 9. 12. vſ. part. 8. 9. 4. ad. an. 6. 7. & 8. at de duplici motu capitis lib. de oßibus 8. alter annuẽdo abnuendoq; fit: alter in latera circumagendo: illum vertebræ ſecundæ proceſſus potiß. præſtat, hunc verò ſumma vertebra. Verùm vtrum vtilius ſit, obliquum motum ad primum ſpondylum vel contra moueri, inquiritur 12. vſ. par. 6. & 7.*

MVSCVLI *a* CAPITIS.

CApVt mouetur primariò ſuprà vertebram ſecundam, antrorſum & retrorſum: ſupra primam, circunducitur & id vtrinq; Muſculis octo proprijs, quorũ ſeptem extendũt, & circumagunt, parte poſteriore ſiti: flectit vtrinque vnus anterius locatus: ſecundariò

dariò à colli Muſculis ad latera moue-tur.

I. Splenius, *b* à quinq; vertebrarum Thoracis, & quatuor colli ſpinis carnoſus ortus, in occiput obliquè implantatur.

b primum par muſculorum capitis, Veſal. Col. Fallop.

II Cõplexus *c* ſuperior, ex trib. veluti muſculis cõpoſitus, principia varia habet: aliud ex Thoracis vertebræ quartæ & quintæ proceſſu tranſuerſo initio acuto prodit, & tendine carnoſo in occipitis mediũ inſeritur; aliud à ceruicis vertebræ ſeptimæ ſpina neruoſum enatum, cum prædicto ante inſertionem commiſcetur: aliud à vertebrarum thoracis 2. & 1. proceſſibus trãſuerſis, carneum & neruoſum enatum, carnoſum & latum, occipitio ad proceſſum mammillarem implantatur. Si ſimul agãt, caput ad poſteriora trahendo, extendunt: ſi pars aliqua ſola agat, circulariter in latus mouet.

c Secundũ par, Veſ. Columb. & Fall. capiti & ceruici commune: eam partem quam Veſalius huius muſculi quartam facit, Fallopius tertiũ capitis muſculum nominat.

III. Complexus inferior, à ſex vertebrarum ceruicis proceſſibus tranſuerſis, neruoſus enatus, neruoſus quoq; in proceſſus mammillaris radicem, inſeritur: ſi ambo agant, caput retrorſum leuiter ducunt: ſi alteruter, retrorſum ad latus trahit.

IV. & V. Recti duo, *d* carnoſi, graciles, quorum alter maior à ſecundæ colli vertebræ ſpina, alter minor ſub illo à primæ vertebræ parte poſteriore ꝓdit, amboque teretes, in occiput medium deſi-

d tertium & quartum par, Veſal. Col. & Fallopio.

nunt. Hi quatuor, si simul cum alterius musculis agant, caput ad posteriora trahendo extendunt: at si alter solus agat, circulariter in latus mouent.

e quintum par, Ves. & Fallop. sextum, Columb.

VI. Obliquus superior, *e* sub Rectis, è medio occipitio ortus, transuersim primæ colli vertebræ processui transuerso obliquè inseritur.

f Sextum par, Ves. & Fallop. quintum, Columbo.

VII. Obliquus inferior, *f* à spina recta secundæ colli vertebrę prodiens, vbi & prior, inseritur: hi duo cum superioribus duobus triangulum æquilaterũ cõstituunt, hique caput, cum secunda vertebra, supra primam semicirculariter circumagunt.

g Septimum par, Ves. Col. & Fallop.

IIX. Mastoides, *g* longus ac teres à summo Sterno neruosus latusque exortus, in processum mammillarem obliquè carnosus inseritur, quem aliqui, cum in duos diuidi possit, in plures secant. Hic si cum opposito agat, Caput, quod annuendo fit, anterius flectit: si alter solus, ad anteriora in latus circũagit.

Fallop. in obs. 9. par addit, sub Oesophago in anteriore colli parte situm.

a Gal. de diss. mus. 16

MVSCVLI COLLI *a* SEV *Ceruicis.*

COllum Musculorum quatuor vtrinque ope mouetur, qui sub capitis Musculis locati sunt: Flectitur enim duobus, extenditur totidem: verùm & in latera, pro eorum actione diuersa, mouetur. Horum aũt duo parte anteriore, duo parte posteriore siti sunt.

b Musculi spinam flectentes. de dissect. musc. 25. alijs musculi sub Oesophago latitantes: primum par ceruicis, Columb. primum par dorsi, Vesalio, Fallop.

Flectentium I, Longus, *b* sub Oesophago

phago à Thoracis vertebra quinta carneus exortus, obliquis fibris colli vertebris adnatus, tendine acuto, in vertebræ primæ processum, rariùs in occiput finit, Hicq; si solus agat, caput in lat⁹ flectit: si verò cum opposito, tū antrorsum caput cum ceruice inclinat.

Flectentium II. Scalenus, *c* ad colli latus à costa prima carnosus amplusque exortus, fibris obliquis in vertebrarum colli processus transuersos inseritur; cui peculiare foramen est, per quod Venæ & arteriæ in brachium excurrunt: huius idem cum priore vsus.

c ob triangularem figuram eamq; inæqualem: secundum ceruicis, Columbo: secundum dorsi, Vesalio: thoracis octauus, Fallopio.

Extendentium I. Transuersalis *d* parte posteriore à radicibus transuersorum processuum, sex vertebrarum Thoracis ortus, in omnes colli processus transuersos abit: qui si sol⁹ agat, obliquè mouet: si cum opposito, rectà in posteriora flectit. Inter hos Nerui spinalis medullę, è vertebris colli exeūtes, pertranseunt.

d tertium par ceruicis, Columbo: 3. dorsi, Vesal. 2. par dorsi triplici principio, Fallop.

Extendentium II. Spinatus, *e* à radicibus spinarum septem vertebrarū Thoracis & colli exortus, in colli vertebræ spinam secundam desinit: qui si solus agat, obliquos motus perficit: si cum socio, tum collum ad posteriora trahēdo, extendit.

e quartum par Ceruicis, Columb. dorsum mouentiū septimus, seu quarti paris alter, Vesalio. 3. par dorsi, Fallop.

MVSCVLI *a* DORSI.

DOrsi Musculi adeò connexi sunt, vt indiuisibiles videantur, quo actiones validas sustineāt, ac per-

a Musculi rachitæ, id est, spinales, Gal. de diss. musc. 24. & 25. 5. ad. anat. 9. & 10.

ficiant; dum omnes ſimul agunt, tum vnâ cum vertebris, corporis molem erigunt, ac retinent: at ſi altera pars tantùm agat, tum ſpina extenſa in alterum latus inclinatur: vtriſque verò agentibus, pro eorum intenſione remiſſioneq; retrorſum curuatur. Quare cum *b* verè ſeiungi nequeant, vel tot paria quot ſunt vertebræ, vel vnum tantum par, tendines vertebris omnibus offerens, ſtatuendũ. At Anatomici, cum Dorſum, antrorſum, retrorſum, ad latera & circulariter moueatur, quatuor vtrinque conſtituêre.

b *diſſect. muſc.* 24.

I. Quadratus, *c* ab oſſis Ilij cauitate poſteriore & oſſis ſacri ſuperiore, latus & carnoſus exortus, vertebrarum lumborum proceſſibus tranſuerſis adhærẽs, carnoſus coſtæ infernæ inſeritur, vt Lũborum vertebras, ſi cum ſocio agat, flectat: ſi verò ſolus, tum obliquè flectendo ad latus trahat.

c *quintum par dorſi & ſecundus muſculus lumborum, Veſal.* 1. *par, Columbo: primum par lũborum Syluio.* 6. *par dorſi, Fallop.*

II. Longiſſimus *d* omnium Muſculorum, ab extremo oſſis ſacri, neruoſus validusque exortus, carnoſus redditus, vertebrarum lumborũ proceſſib. tranſuerſis inſeritur: & tendinem neruoſum vertebrarum Thoracis proceſſibus largitur, ac aliquando in Thoracis vertebrã primam, aliquando in Os temporale deſinit. Hic ſi ſolus agat, in latus ſpinam extendit: ſi cum ſocio, tùm Thoracem & lumbos *e* extendit.

d 5. *ad. anat.* 9. *Semiſpinatus quibuſdam:* 6. *par dorſi, Veſal. ſecundum, Col. ſecundum par lumborum, Syluio.* 5. *par dorſi, Fallop.*

e *Vniuerſum dorſum & caput ad poſteriora flectit, Columbo.*

III. Sacer, *f* illi ſubiectus, à ſacri oſſis po-

f *Septimũ par dorſi, Veſal. tertium Columbo: tertium Lũborum, Syluio.* 4. *par dorſi, Fallop.*

offis posteriore acutus exortus, vertebrarum lumborum ſpinis adnexus, in duodecimæ vertebræ Thoracis ſpinam acutè terminatur, & ſi ſolus agat, in obliquum Dorſi partem extendit: at vtroque agente, ſpinæ pars cui committitur, extenditur.

IV Semiſpinatus, *g* à duodecimæ vertebræ Thoracis ſpina acutus exortus, paulatim craſſeſcens, omnes vertebrarum Thoracis ſpinas amplexatur: mox extenuatus, in primæ vertebræ Thoracis ſpinam acutè finit: qui ſi ſolus agat, in latus dorſum mouet: ſi ambo, Thorax erigitur: omnibus verò octo ſimul agentibus, dorſum rectum denetur.

g Octauũ par dorſi, Veſ. quartum, Columbo.

LIGAMENTA CAPITIS *& vertebrarum.*

MVſculis prædictis remotis, ligamẽta capitis & vertebrarum occurrunt. Capiti, ceruicis prima vertebra iungitur, ligamento membraneo & robuſto totum articulum ambiẽte, ab occipitio enato. At ſecunda vertebra, capiti copulatur ligamẽto tereti cartilagineæ naturæ, ex eius dente enato, & occipitio infigitur. Denti verò ligamentum tranſuerſum robuſtiſſimum obuoluitur, quod ex vertebræ primæ latere enatum, eiuſdem alteri lateri implãtatur.

Vertebrarum quoque corpora inter ſe colligantur; prima quidem ſecundæ,

membraneo ligamento iũgitur: cæterę etiã triplicib. ligamẽtis: primũ ligamẽtis cõmunib. validis & mucoſis, quæ totas vertebras per longitudinẽ dorſi ambiũt. Dein corpora ipſarum inter ſe coniunguntur, ligamentis cartilaginoſis, fibroſis & mucoſis, corpora ipſarum intercedentibus. Tum proceſſuum vertebrarũ articuli aſcendentes cum deſcendentibus, ligamentis membraneis communibus colligantur.

Tandem ligamentum priuatũ ſubflauũ, intrinſecus ex vertebræ foramine ad proceſſus poſterioris radicẽ, inter duos proceſſus aſcendentes & deſcendentes exoritur, quod in vertebram ſequentem inſeritur: hoc in animalibus craſſiſſimũ eſt, & promptè in fibras diſſoluitur, & à noſtris Waldenwachs dicitur.

MVSCVLI *a* CVBITI.

a Gal. 2. vſ. part. 5. 1. ad. an. 11. de diſſect. muſc. 20.

b quinque Veſalio: quatuor Syluio, Columb. & Fallop.

CVbitum *b* Muſculi quatuor flectunt & extendunt; ſic dicti, non quod in cubito ſiti ſint, ſed quod eum moueant. Flectentium

1 Biceps, cuius capita à Deltoide teguntur, *c* altero principio nerueo tereti, à ſcapulæ acetabulo, altero nerueo carnoſoque à ſcapulæ proceſſu ancyroide exoritur, quæ vnita Muſculum craſſum conſtituunt: cuius portio carnoſa, *d* in brachij oſſis medium, ad eius eleuationem, inſeritur, qui tendine ner-

c Cubitum flectentium anterior, Veſalio: cubitum flect. 1. Columb. & Fallop.

d hæc portio aliquib. Humeri ſeu Brachij octauus muſculus, vt Arantio.

neruoso in radium interiorem inseritur, vt cubitum cum sequenti flectat.

II Flectentium, Brachiæus, *e* sub illo breuior à brachij osse cui adhæret, carnosus in cubitum & radium anterius infigitur.

III siue extendentiũ primus, Longus, *f* principio valido latoque, partim carnoso, partim neruoso, ex scapulæ costa humiliore, ad eius ceruicem (vbi peculiarem sinum obtinet) exortus, tendine suo carnosus in olecranũ, vt cum sequenti extendat, desinit.

IV siue extendentium secundus, *g* Breuis, neruosus ab humeri ceruice posterius exortus, humero adnascitur, & cum prædicto miscetur, vt ad insertionẽ separari nequeat.

e Cubitum flectentium posterior, seu secundus Vesal. Col. Fallop.

f Extendentiũ primus, Vesalio, quem cum Galeno diuisit, extendentium primum & secundum cõstituendo: extendẽt. 1. Fall. 3. cubiti muscul. Columb.

g extendentium 2. Fallop. extendent. 3. Vesal. 4. cubiti musc. Columbo.

MVSCVLI *a* IN VOLA ET *substantia cuti subiecta.*

MVsculus hic, qui Palmaris dici potest, omnib. interioribus manus musculis superstratus, *b* ab apice interni tuberculi humeri neruosus teresque *c* prodiens, ventre exiguo qui ad cubiti mediũ attenuatus, tendine angusto delatus, cuti manus ad digitorũ apicem fibrosis nexibus (pinguedine intercedente) subnascitur, vt cutim Volæ in apprehensione rerum firmiter corruget.

At in manus principio ab extrema parte tunicæ Musculi lunæ montem cõstituentis, musculus gracilis, duorum aut

a Galen. 2. vs. par. 6.

b Musculus mediæ volæ & internæ digitorum sedis cuti subnatus, Vesal. at Columbo primus musculus interior manus: qui aliquando deesse dicitur: Fallop. latescentis chordæ musculus.

c in vtroq; brachio geminũ, ter aut quater Fallop. obseruauit, vno in tendinem latum desinente, altero in ligamentum transuersum carpi inserto. At Vesal. non semel partẽ carnosam abfuisse notauit.

trium diuisurâ oritur, qui fibris transuersis ad latum tendinem ascendunt, vt in magnis Volæ contractionibus Lunæ montem ad manum contrahant.

Inter huius musculi tendinem & cutim volæ manus & digitorum regionem internam substantia *d* carnea, adipi colore & duritie similis reponitur, quam Galenus carnem vocat: hæc neruorum propaginibus, quæ ad sensum tactus per manum internam disperguntur, tãquam stratum subijcitur. Sic inter cutim & tẽdines digitos flectentes, ne premantur ab externis (quare & cuti plantæ pedis copiosè apponitur) & digitorum lateribus, quo spacia media inter articulorum tubercula, repleat (vt si quid liquidi manu continere velimus, non elabatur) reperitur.

d *Arabes, extra musculi corpus, carnem simplicem esse affirmarunt.*

MVSCVLI *a* DIGITO-*rum.*

DIgiti musculos viginti nouem habẽt, quorum nouem flectunt, septem quidem ipsum Pollicem, duo verò aliorum quatuor digitorum internodia flectunt. At extendunt viginti, pollicem quatuor: cæteros sedecim extendunt, idque simpliciter, vel adducendo, vel abducendo: quorum tendones in caput ossis mouendi insigunntur.

a *Gal. de diss. musc. 21. & 22. 2. vs. part. à cap. 2. ad. 6. 1. ad. an. 5. 6. & 9. Tendines digitos mouentes ex ipsis Cubiti musculis producuntur, &c. 1. vs. part. 17.*

1. *b* Qui quatuor digitos flectit, ab humeri tuberculo interno nerueus enatus,

b *Primus digitos mouens, Vesal. & Fallop. quartus manus interior musculus. Col. quibusdam sublimis.*

tus, ad Carpum in tendines quatuor rotundos exquisitè diuisus, sub Ligamento annulari transuerso delatus, in digitorum secundum os nerueis tendinibus perforatis, & dilatatis, quo faciliùs moueat, inseritur, vt secundum internodiũ primo, dein & primum flectat.

II. Flectentium prædicto subijcitur, qui *c* ex eodem loco exortus, quadripartitus tunica neruosa tectus, tendinibus neruosis per membranosum ligamentũ delatis, foramina tendinum primi musculi transeuntibus, tertio internodio, vt flectant, implantatur.

c *Secundus, Vesal. & Fallop. quintus manus interior musculus, Col. alijs profundus.*

FLECTENTES POLLICEM.

I.

FLectentium Pollicem *a* carnosus ex vlna ad cubitum pronatus, tendine suo sub ligamento annulari delatus, in tertium pollicis articulum flectendũ inseritur.

II *b* ad ligamentum annulare carneus enatus, primo pollicis ossi attenditur, & ad secundum pertingit.

III sub *c* illo, ibidem ab osse carpi, pollici subiecto exortus, in primi ossis pollicis medium inseritur. Hi duo primum internodium *d* flectunt.

IV *e* carnosus à Metacarpij osse digito medio præposito exortus, in ossis secundi latus inseritur.

V *f* carnosus ex eodem loco prodiẽs,

a *tertius digitũ mouens, Vesal. Fallop. sextus manus interior musculus Columbo.*

b 12. *seu primus pollicis, Ves. 4. Fallop. 9. extremæ manus musculus, Columbo.*

c 13. *digitorum seu 2. pollicis, Ves. 5. Fallopio: 8. extremæ manus musculus Col.*

d *primus articulus in flexione otiosus: ideo nullus internæ parte tendo applicatur, 1. vs. par. 17.*

e 14. *Vesal. 6. Fallop. 10. extremæ manus, Columbo.*

f 15 *Ves. 7. Fallop. 11. extremæ manus Col.*

in ossis secũdi medium, tendine exiguo internè inseritur.

g 16. Ves. 12. extremæ manus Col. 4. pollicis, Fallop.

VI *g* ab osse, Annulari subiecto oritur, & eodem, vbi prior, loco inseritur. Hi tres obliqui siti sunt in manus vola profundius, & si simul contrahantur, internodium secundum flectunt: si primus tantùm, pollex sursum ad indicem: si secundus, ad medios digitos: si tertius, deorsum versus minimum flectitur.

h 5. pollicis Fallop. 7. Columbo, metacarpi.

VII *h* carnosus ab osse metacarpi, quod indici prępositur exortus, pollici ossis secundo eo modo quo 4. 5. & 6. iungitur, & spacium inter pollicem & indicem opplet & pollicem versus indicem trahit, indicique imponit.

MVSCVLI EXTENDENTES QUATUOR DIGITOS.

a hos aliàs censuimus quatuor digitos flectere. At Vesal. quatuor vltimi digitorum musculi siue 25. 26. 27. 28. digitos pollici adducentes: Columbo quatuor extremæ manus musculi tertium articulum flectentes. Fallopio quatuor musculi parui in vola hærentes, qui articulos erigunt.

b alijs secundum: alijs tertium.

c 17. digit. motor, Vesal. 9. Fallop. 1. manus externus musc. Columb.

d longi tendines sunt & non ad Carpum musculi producti: quia manum leuem simul & tenuem esse præstabat, quo omnia prompte agat, 1. vs. part. 17.

EXtendentium *a* I. II. III. & IV. seu Lumbricales, musculi secundi digitos flectentis tendinibus, in vola carnosi, teretes, oblongi subiacent, à membranis tendines obducentibus, orti, tendine nerueo exiguo ad digitorũ quatuor primum *b* internodiũ, ad ipsorum motum implantantur.

V *c* ab humeri tuberculo externo enatus, ad carpum in tendines tres quatuorue nerueos, exquisitè *d* rotundos, vt difficulter patiantur, membrana colligatos diuiditur, qui ad Indicis, Medij, & Annularis, internodium secundum & tertium, sub vnguibus (hinc tantus dolor,

lor, ſi quid vngues & carnem intercedat) vt extendant, abeunt: aliquando tantum in tendines duos diuiditur, qui Indici & Medio inſeruntur.

VI *e* ab eodem loco gracilis exortus, ac ſecundum cubiti longitudinem delatus, in tendines nerueos aliquando vnũ, nunc duos diuiditur, quorum alter ad Annularem, alter ad Minimum mittitur, quo eos extendant, & Minimum obducant.

e 18. *digito. Veſ. 10. Fallop. 2. manus exterior, Columb.*

VII *f* his ſubiectus, à cubito medio carnoſus enatus, obliquè ad radium in tendines duos diuiditur, quorum ſuperior ad Indicẽ, inferior ad Medium, nõnunquam *g* ad Indicem (eum obliquè extendendo) tantùm mittitur. Hic extendendo, digitos à polluce abducit.

f 19. *digit. Veſal. 11. Fallop. 3. manus exterior, Columb.*

g *Arant. in ſuis obſ. diſtinguens ab alio, Indicatorium nominat.*

IIX *h* Breuis & validus, à Carpi oſſe quarto, carneus enatus, minimi digiti lateri gracilis & nerueus, vt ipſum extendendo ab alijs abducat, inſeritur.

h 20. *digit. Veſal. 12. Fallop. 6. extremæ manus, Columbo.*

MVSCVLI EXTENDENTES *Pollicem.*

EXtendentium Pollicem *a* I. in cubiti exteriore ſede à membrana enatus, tendine tereti ad Pollicis internodium tertium inſeritur, vt eum extendendo abducat.

a 21. *digit. Veſal. 13. Fallop. 4. manus exterior, Col.*

II *b* à cubito carneus enatus, obliquè radium conſcendens bipartitur, parsque ſuperior in tendinem oſſis carpi Pollici ſubiecto deſinit: inferior in

b 22. *digit. Veſal. 14. Fallop. 5. manus exterior in tendines 4. quandoq; 5. diuiſus, Columb.*

duas portiones carneas subdiuiditur: quarum altera, Pollicis internodij primi radici: altera, Pollicis ossi secundo & tertio inseritur, vt Pollicem introrsum versus extendat.

c 23. digit. Vesal. 15. Fallop. 7. extremæ manus, Col.

d 24. digit. Vesal. 16. Fallop. 13. extremæ manus, Col.

III. *c* Ab osse carpi Pollici subiecto enatus, in Pollicis primum internodium, vt ab indice abducat, inseritur.

IV. *d* A' Metacarpij osse Indici subiecto carneus enatus, in Pollicis internodium primum tendine membraneo ad secundum transmisso, inseritur, ac Pollicem adducit & Indici imponit.

MVSCVLI METACARPII, *seu Interossei.*

e vide 1. ad. an. 9. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. digitorum Vesal. cui primum internodium flectit: octo postremi extremæ manus & primum articulum flectentes, Col. Metacarpij Fallop. qui flectere negat.

INter Metacarpij ossa, musculi octo *e* ab ossibus eius exorti, latitant, singulisque ad latera gemini carnosi adhęrent, qui neruosi redditi, ad secundũ articulum tertium vsque repentes, tendinibus suis Lumbricalium musculorum tendinibus miscentur, vt cum illis internodium secundum & tertium extendant.

MVSCVLI *a* CARPI.

a de dissect. musc. 21. & 2. vs. part. 4. 1. ad. an. 5.

b 1. brachiale mouens, Ves. & Fallop. 2. interior ipsius manus, Col.

c 2. brachiale mouens, Ves. & Fallop. 3. interior ipsius manus, Columb.

CArpus musculis duobus internis flectitur: duobus externis extenditur.

Flectentium *b* I & inferior, ab humeri tuberculo interno, carnosus neruosusque exortus, simili tendine in Carpi os quartum implantatur.

II *c* seu superior, ab eodem tuberculo pro-

o prodiens, obliquè latus tendine tereti n radicem ossis metacarpij Indici præposito, inseritur. Hi si simul agant, flectunt: si alter tantùm, obliquè nunc sursum, nunc deorsum mouent.

Extendentiũ I *d* seu inferior, ab humeri tuberculo externo enatus, in os metacarpij, minimo subiecto, tendine nerueo desinit.

d 3. *brachiale mouens, Ves. & Fallop. 6. exterior manus, Columb.*

II *e* vel Bicornis, ab eodem loco pronatus, radio instratus, in tendinem bicornem finit, & altero in metacarpij os primum Indici, altero in secũdum Medio subiecto, inseritur. Hi si simul agant, Carpum extẽdentes extrorsum flectũt, & etiam circumagunt: altero tantùm agente, varij motus efficiuntur.

e 4. *brachiale mouens, Ves. & Fall. 7. exterior manus, Columb.*

MVSCVLI *a* RADII.

Radius musculis duobus externis supinatur, duobus internis pronatur, cuius ossis beneficio manus eosdem motus obtinet.

a *de dissect. musc. 21. 2. vs. part. 7. & 1. ad. anat. 8.*

Supinatorum *b* I & longior ab humeri tuberculo externo carnosus enatus, obliquè Radio instratus, eius appendici tendine exacto, inseritur.

b 2. *Radũ, Vesal. & Fall 8. exterior manus, Col.*

II *c* & breuior, ab vlnæ processu posteriore enatus, Radio obliquè implantatur. Ille inferiorem, hic superiorem Radij partem conuellendo, manum supinat.

c 4. *Radij, Vesal. & Fallop. 9. exterior manus, Col.*

Pronatorum I *d* seu Quadratus, ab infimo cubito ad carpum carnosus ex-

d 1. *Radij, Vesal. & Fallop. 8. interior manus, Col.*

ortus, tendine membranoso, transuersim in Radium inseritur.

II seu Rotundus, *c* ex humeri tuberculo interiore & vlna interiore carnosus enat⁹, in Radium obliquè neruosus inseritur. Ille inferiorem, hic superiorem Radij partem introrsum trahens, manum pronam reddit.

VENÆ *a* MANVS.

VEna caua in Iugulo in duos ramos Subclauios diuiditur, (qui thoracis cauitatem egressi, cum supra axillas ferantur Axillares dicuntur) quorum quilibet in ramum superiorem, qui Vena Cephalica, & inferiorem, qui Basilica dicitur, abit. Amborum verò ramorũ idem exortus, quare si cõstet huius vel illius brachij *b* venam secandam, non curiosè in Venarum electione, laborandum erit, sed ea quæ magis turget, &, apparet, tundenda.

Cephalica seu *c* Humeralis, vel cubiti exterior, inter carnosam membranam, musculorumq; tunicam, superficietenus descendés, ramulis cuti & musculis brachij ac cubiti transmissis, super humeri tuberculum externum, in ramum interiorem & exteriorem diuiditur. Interior, seu Basilica Auicennæ, obliquè ad flexuræ cubiti sedem mediam, cum Venæ Basilicæ ramo, Medianam constituit. Media-

c 3. *Radij, Vesal. & Fallop.* 7. *interior manus, Col.*

a de his Gal. de diss. ven. 3. 4. *&* 3. *ad. anat.* 5. 6. 7. *& com.* 2. *text.* 10. *de ratione victus in acutis ostẽdit quæ venæ secentur. & lib. de curat. per sang. miss.*

b Tres sunt loci sanguinẽ ex cubito mittendi, interior, exterior, medius. Interior, vtilis quibus inferiores colli partes patiuntur: Exterior, quibus superiores, vt facies, aut Caput. Medius locus interdum vtrasq; habet diductas venas, in vlteriorem brachij partem tendentes, ac dein coeuntes, &c. Galen. de cur. per sang. miß. 16. *Dum ad venam secandam accedimus, vel tres æquales videre licet: vel duas tantùm: vel inæquales omnes: nonnunquam etiam occultatur vna ex ijs, aut etiam duæ, Galen. de diss. ven.* 3. *Quomodo superficiariæ Cubiti venæ sint secandæ, habetur.* 3. *ad. an.* 6. *c de huius positus differentia & craßitudine, diss. ven.* 3.

Mediana, quæ Vena communis & nigra dicitur ſupra radium, in manus externæ cutem abſumitur: ramulus tamen vnus inter Pollicem & Indicem, qui Cephalica & Ocularia dicitur: alter inter Medium & Annularem, qui quibuſdam Syele Auicennæ, diducitur.

Externus Cephalicæ ramus, ſeu funis Brachij, ad brachialis medium iuxta vlnam Baſilicæ ramo iungitur, ac inter digitum paruum & annularem abſumitur, qui Saluatella dicitur.

Baſilica *d* vel cubiti interior, quę à dextris Hepatica, à ſiniſtris Lienaris dicitur, per brachij interna delata, ad glandulas axillę in propagines plures diuiditur, quarum præcipua, cum ad muſculos Thoracis feratur, Thoracica inferior dicitur, cuius oſcula cum Oſculis Venæ ſine pari coeunt, quod propter venæſectionem in Pleuriticis diligenter notandum. Mox ſub pectoralis muſculi tendine, in ramos tres diuiditur: quorum primus cũ brachij Neruo quarto fertur: alter qui medius & *e* profundus dicitur, per brachium medium ſub Mediana deſcendit, & ramum externum cõſtituit, à quo ad Pollicem, Indicem, & Medium: dein internum, à quo ad Medium, Annularem, Minimum, ac muſculos manus internę, ramuli mittuntur.

d *multis Axillaris dicitur.*

e *ductum Venarum quæ per manus profundum porriguntur, Galen. de diſſect. ven. 4. 3. &d. an. 7.*

Subcutaneus ſiue tertius, *f* per brachij inferiorem longitudinem ad cutem

f *Axillaris propriè, Veſal.*

fertur, & ad brachij tuberculum Internũ diuiditur in ramum anteriorem, qui per cubitum delatus, cum Cephalicæ ramo interiore, ſub cubiti flexu venam Communem conſtituit, & ramum poſteriorem, ſub vlna deſcendentem, iuxta digitum minimum, cum Cephalicæ ramo iungitur. At harum Venarum omnium, non idem ſemper poſitus, nec æqualis g ſemper craſſitudo.

g de diſſect. ven. 3.

Verùm in his Venis, vt & Crurum, ſuprà ſubterque poſt alarum & inguinũ glandulas, ſub ramorum exortibus oſtiola ſeu h Valuulæ locatæ ſunt, quæ cauitatis dimidium intercipiunt, & Venarum tunicæ portiunculæ ſunt, figura Valuulis ſigmoideis Cordis ſimiles, quarum ſitus talis, vt ſequentium membranularum cornua, præcedentium media reſpiciant, & viciſſim, relicto tamen in medio tramite, quo ſanguis deorſum labi ac in valuulas reliquas incidere poſſit. Sic in Venæ iugularis orificio binæ, in Venæ cauæ trũco nullæ, cum ſanguis ſine obſtaculo diſtribui debeat, obſeruantur. Harum vſus, ſanguinem in partes inferiores influentem, ne impetu elabatur, ſuſtinere: aliàs enim partes inferiores, alimenti affluentia, ſuperioribus defraudatis opprimerentur: dein ad ſanguinis concoctionem, dum eius curſus retardatur, conferunt.

h de his primus videtur egiſſe Auicenna, Cellulas vocans: poſtmodum Hier. ad Aquapendente Anatom. profeſſ. publ. Patauij, de quibus fusè egimus in libro noſtro de Partibus Similaribus, & in Theatro noſtro Anatomico.

ARTE-

ARTERIÆ *a* MANVS.

ARteria Axillaris vtrinque extra Thoracem venæ profundæ proxima, per brachium delata, vnà cū vena, & brachij quarto neruo, in cubiti ſedem externam abit, & iuxta eius flexuram ramulos duos brachij & cubiti articulo largitur.

a Galen. 3. ad. an. 8. at de diſſect. ven. & arter. 9. originem & ductum omniū Arteriarum per corpus exponit. 16. vſ. par. 11.

Sub ipſa flexura, inter muſculos digitos flectentes deſcendēs, in ramos duos inſignes diuiditur, alterum ſuperiorem ſecundûm radium ad carpum delatum, quo loci Arteriæ pulſum exploramus, antequā ad digitos abeat, ſurculum inter pollicis os primum, & poſtbrachialis, quo Index ſuffulcitur, deducit. Tandem ſub ligamento annulari, Pollici & Indici ſurculos duos, Medio vnum offert.

Inferior ramus Vlnam percurrens, ad Carpum ramulum vnum Medio, Medico duos, & Minimo duos largitur. At externa manus, vt muſculis, ſic & arterijs caret.

NERVI *a* MANVS.

NEruorum in brachiū paria quinque, aliquando *b* ſex exiſtunt, ex colli vertebra quinta, ſexta, ſeptima: thoracis verò, prima & ſecūda prodeuntia.

Primum ex quinta colli vertebra, in Deltoidem Muſculum & brachij cutem abſumitur.

a 3. *ad. anat.* 3. & 4. *at* 16. *vſ. part.* 8. *oſtendit quare natura miſtiones fecerit in neruis, & quomodo ad extremā manum ferantur; & obiter lib. de neruor. diſſ.* 15. & 16.

b 3. *ad. an.* 3. *ſex nerui brachij.*

Secundum ex ſexta colli vertebra, ramulis quibuſdam ad muſculos tranſmiſſis, ad cubiti flexum diuiditur in ramum alterum, qui ſecundum radium ad externam ſedem internodij primi pollicis, ſub cute fertur: alterum maiorem, qui ſuper panniculum carnoſum deſcendens, in ramos duos diuiſus, in cutem cubiti & manus abſumitur.

Tertium, ſub bicipite cum ſecundo iungitur, mox diuiſus Brachiæo & cuti brachij ramulus largitur, & ad cubiti flexuram, cum quinto pari mixtus, in manus internam ſedem abſumitur, ſurculis duobus Pollici & Indici, vno tantùm Medio tranſmiſſo.

Quartum, craſſiſſimum cum vena Profunda & Arteria progrediens, muſculis cubitum extendentibus, eiuſque articulo & cuti ſurculos largitur, ac iuxta articulum in ramos duos diuiditur: alterum ſecundum cubiti longitudinem in carpum exteriorem, alterum ſecundum radium delatum, extrinſecus ſurculis duobus in Pollicem & Indicem, at vno, in medium abſumitur.

Quintum, inter cubiti muſculos quibus ramulos largitur, deſcendens in ramos duos diuiditur, vnum externè per vlnam delatum, à quo ſurculi, duo ad Minimum & Medicum: at vnus ad Medium extrinſecus prodit: alterum per vlnam deductum, qui ſurculos duos

Mini-

Minimo, totidem Medico, & vnum Medio sede interna largiuntur.

Sextum, inter cutem & membranam iuxta brachiale pgrediens, in cubiti cutem absumitur. Verum notandū, * cum quarto, quinto, & sexto, sæpè ramulos à quinto pari capitis prodeuntes misceri, uti superius ostensum est.

* *hoc quidā negant, hac ratione utentes, quod non obseruarint.*

LIGAMENTA a CVBITI *& summæ Manus.*

a 1. ad. anat. 10.

CVbitum ex radio & vlna compositum, humero & carpo ligamenta connectunt: Humero quidem, vlnam & radium humeri tuberculo exteriori, ligamenta membranea communia nectunt: at Carpo, & ligamento mēbraneo committitur, & duobus privatis, quorum alterū ab appendice styloide enatum, Vlnam: alterum ex radij apice eductum, Radium carpo iungit. Vlna verò & Radius, infra supraque & communi, & priuato membraneo per totam longitudinem ducto, committuntur.

Carpi quemadmodum & Metacarpi ossa, ligamentis communibus, quæ alicubi cartilaginea fiunt, obducuntur.

Digitorum etiam internodia, ligamentis communibus vinciuntur: præter quę duo adhuc in manu ligamenta sunt, tendinibus inseruientia. Primum armillæ instar in carpo situm, tendines eius sinū transeuntes continet. Alterum externū, quo carpus cubito iungitur, quod licet

vnum videatur, diſſectum tamen, ligamenta tráſuerſa, tendinibus muſculorū digitos extendétium annulorum inſtar obducta, exhibet. Digiti quoq; ſinguli, ſecundum eorum longitudinem, ligamenta oblonga canalem imitantia, habent, quæ tendines in ſua ſede continent.

OSSA *a* MANVS.

a *Galen. lib. de oſſib. à cap. 16. ad 20. & lib. 1. & 2. de vſu par.*
b *de oſſib. 16. & 2. vſ. part. 16. & 17.*

OSſa vnius Manus ſunt quadraginta duo. *b* Humeri vnum, ſcapulæ & cubito articulatum, ſupernè capitibus duobus donatum: altero amplo, orbiculato, cartilagine incruſtato, quod ſcapulæ ſinum ingreditur, & Acromion dicitur: altero minore externo, ſinibus duobus donato: At infernè, tubercula duo obtinet, alterum externum, minus, Cartilagine incruſtatum: alterum internum ſinus duos obtinens quo loci humeri rotula, ad quam vlna mouetur.

c *de oſſib. 17. de radij & vlnæ ſitu ac figura 2. vſ. part. 13. & cur duo ſint & in brachio vnum 2. vſ. part. 17.*

c Cubiti oſſa duo ſunt, ſibi inuicem incumbentia, quorum inferius longius, Vlna dicitur, supernè proceſſus duos habens, qui olecranon dicitur, in quorum medio ſinus à forma σιγμοειδὴς dictus, humeri articulum excipiens, cartilagine incruſtatus: infernè appendix eſt, ſinum habens, cui cartilago adnaſcitur, & appendix Styloides adnectitur. Alterum os ſuperius & breuius, Radius dicitur, quod ceruice obliqua & ca-

pitulo

pitulo orbiculato humero iungitur, sinum obtinens, & supra ceruicem processum amplum: sic & lineas diuersas, t & Vlnæ os, ad musculorum exortum obtinet.

Manus ossa quadruplicia sunt. *d* Carpi seu brachialis octo, distincta, ligamenis cartilagineis validissimis obducta, ordine disposita: supernè quatuor, totidem infernè: quorum quintum & octauum, sinus & processus habent.

d *de oßib. 28. 2. vs. part. 8. 10. 11.*

e Metacarpij seu Postbrachialis quauor, suprà carpo synarthrosi, infrà digiis diarthrosi coniuncta, quę appendices obtinent, supernè quibus carpi ossibus iunguntur, & infernè quæ ossibus coalecunt, & in caput rotundum, & oblongũ desinentes, cartilagine obductæ, ossium digitorum sinus subintrant.

e *de oßib. 19. Visa mulier quæ dextra manu carebat: in brachij autem fine tres quasi verrucas vnguiculis quibusdam præditas haberet, quibus linum ex colo trahere poterat.*

f Digiti singuli ex ossibus ternis seriaim positis constant, quorum primum ecundo, secundum tertio maius, crassiie, longitudine & latitudine, omnia tamen ad articulationem crassiora sunt.

f *de oßib. 19. Sic ossium digitorum numerus, magnitudo, & figura explicatur, 1. vs. par. 14. Sex digiti in manu interdum existunt, vbi extremus pollicis articulus in duos decisus fuerit.*

Sesamoidea *g* officula ad latera iunturarum digitorum, maxima ex parte endinibus innascuntur, quæ cartilagine ncrustata os lubricum contingunt, quæ n singulis manibus communiter *h* duoecim: vnum ad articuli tertij nodũ, duo d secundum pollicis: duo minora & artilaginea, in digitorum quatuor prinis internodijs: in reliquis aliud minus,

g *2. vs. part. 12. de his egit: & in fine lib. de oßib. horum tantum meminit.*

h *in nonnullis 20. in alijs 15. in quibusdam 10. in alijs plus minúsve, Columb.*

& quaſi cartilagineum tendini innatum. At in ſenibus maiora ſunt: in pueris cartilaginea, & in tendinibus obſcura. Horum vſus in motibus quibuſdam, oſſi impetum ſuſtinere, & ne os, cui præponuntur, facilè ex ſuo articulo recedat impedire, quorum naturam Patella exprimere videtur. Sic oſſiculum, aliquando in manu, ad poſtbrachialis oſſis parvum digitum ſuſtinentis connexum, conſpicitur.

Tandem vngues digitis extrinſecus appoſiti, vt eorum *i* apprehenſiones firment: qui nec breuiores, nec longiores quàm digitorum *k* ſummitatibus conueniat.

i *1. vſ. part. 9.*
k *ex Hipp ſententia, habetur 1. vſ. par. 9.*

PES. *a*

PEs ambulationis *b* inſtrumentum dicitur totum id, quod à Natibus eſt, ad digitorum ſummos apices, & quia Manum *c* quo ad fieri potuit eſt imitatus, in Femur, Tibiam, & paruum Pedem diuiditur, quæ omnia vel Pedis magni, vel Cruris nomine donantur. At minor Pes, qui oblongus, latus, *d* mollis, & multifidus propter conſcendendi cõmoditatem, in Pedium, Tarſum & Digitos ſubdiuiditur.

Sunt autem Pedis partes, aliæ Continentes, aliæ Contentæ. Continentes Communes, cuticula, cutis, pinguedo panniculus carnoſus: Propria dici poteſt Muſculorum membrana. Contentæ ſunt

a *de Pede egit Gal. toto lib. 3 de vtilitate duorum Crurum. 3. vſ. par. 1. & quod talis figura pedũ qualis nunc eſt, homini rectè conueniat. 3. vſ. part. 4. & 5.*
b *3. vſ. part. 4.*
c *4. vſ. par. quæ autem ſit ſimilitudo inter vtrumque. 3. vſ. part. 6.*
d *Vtrum præſtiterit rotundos & duros fieri pedes, vt equis: an oblongos, latos molles & multifidos, quales nunc ſunt, 3. vſ. part. 5. oſtendit.*

æ sunt Musculi quinquaginta duo: Va-
a, nimirum Venæ, Arteriæ Nerui: Ossa,
quadraginta duo.

MVSCVLI *a* TIBIÆ.

TIbiæ musculos primo explicabimus, cum his remotis Femoris occurrant: quare tibiam flectunt musculi quinque: extendunt quatuor: obliquè extrorsum mouet vnus.

a *Musculi genu de articulationem mouentes nouem sunt, non decem. de dissect. musc. 32. de his 2. ad. anat. 5. 3. vs. part. 16. & 15. eiusd. 8.*

Flectentium I *b* seu tibiæ longissimus ab Ilij ossis appendice interiore acutus exortus, carnosus decussatim per femur delatus, suo tendine in tibiam sub genu internè inseritur.

b 1. *Vesal. Col. & Fallop.*

II *c* vel Gracilis, ad pubis commissuram neruosus & amplus enatus, per femoris interiora delatus, suo tẽdine tereti in tibiam, iuxta primum inseritur.

c 2. *Vesal. Col. & Fall. 5. Gal. 3. vs. par.*

III *d* seu Semineruosus, à coxendicis infimo neruosus enatus, per femoris posteriora carneus delatus, mox reflexus, tibię anterius suo tendine cum prioribus inseritur.

d 3. *Vesal. Col. & Fall. 6. Gal. 3. vs par.*

IV *e* seu Biceps ex eodem loco carnosus, neruosusque exortus, per femoris posteriora delatus, ad ipsius medium vbi nerueus apparet, carneam *f* portionem recipit, & tendine insigni in os fibulæ implantatur, cui sinus liuidus insculptus, vt tertium recipiat.

e 4. *Vesal. Fallop. 5. Col. 7. Gal. 3. vs part.*

f *quare pro vno vel duobus numerari potest.*

V *g* seu Semimembraneus, ab appendice coxendicis nerueus exortus, in femore carnosus, tendine tereti in tibię internum inseritur.

g 5. *Vesal. Fallop. 4. Col. 5 Gal. 2. ad. an.*

h *6.Ves.Columb. & Fallop.*

Extendentium I *h* seu membranosus à spina Ilij acutus enatus, femoris partem exteriorem occupans, tendine latissimo (cum in corpore maior non sit) quo instar cutis, femoris musculos posteriores circundat, in tibiam anterius inseritur, & recta antrorsum mouet.

i *7.Vesal.Col. & Fallop.*

II *i* seu Vastus externus, à femore externo nerueus prodiens, sequenti instratus cum tendine duorum sequentium commixtus, in tibiam anterius inseritur.

k *8.Ves. Columb. & Fallop.*

l *aliqui distinctum facientes musculum Crureum vocant.*

m *9.Ves.Col.Fallop.*

n *ab hoc totius corporis musculi nomen habet, quo læso mors communiter sequitur.*

o *paruus musculus poplitis qui genu flectit.3.vs.part.16: 10. Col. in poplite occultatus, Ves. & Fallop. præcipuus tibiæ flexionis auctor, Gal. 2.adm.anat.*

III *k* seu Vastus internus, à femoris ceruice nerueus enatus, crassissimus, cui sinus, vt sequentem excipiat, insculptus, ad patellam in semicirculum carneum *l* extuberans, tendine valido patellam occupat.

IV seu Rectus *m* qui Lacertæ *n* formam refert, anterius ab osse Ilij, principio nerueo, acutoq; exortus, per femur delatus tendine longissimo & fortissimo prædictorum duorum tendinibus permixto, patellam integens, tibiæ inseritur.

Obliquè extrorsum mouens *o* Popliteus, qui in poplite sub pedis musculo Gastrocnimio & Plantari latitans ad femoris caput externum prodiens, sub ligamento delatus, tibiæ ossi obliquè superuectus, carnosus ipsi articulo parte posteriore inseritur.

a *Musculi coxendicis dearticulationem mouëtes decem sunt: de diss.musc.31.de his 2.ad. an. 4. & 6. 15. vs.part.8.*

FEMORIS *a* MVSCVLI.

FEmur nobis stantibus extenditur, musculis quinque posterius sitis: flecti-

ectitur, vbi ſurſum, antrorſumq; tolli-
ius, muſculis tribus anterius ſitis: cir-
umagitur tribus.

Extendentium I *b* ſeu Gluttæus pri-
nus, ab Ilij appendice carnoſus, ſemicir-
ularis, oſſe ſacro & coccyge, carnoſus
xortus, obliquè articulum ſuperuectus,
endine valido & lato in femoris proceſ-
um maiorem inſeritur, vt id revellat, &
ectà extendat.

b 1.Veſ. Col. & Fall. 6.Galeni videtur 2. ad.anat.

II *c* ſeu Gluttæus medius, ſub priore,
ui ſimilis, ſed minor à ſpina Ilij latus
arnoſusq; enatus obliquè delatus, ten-
ine valido & membraneo femoris pro-
eſſui magno implantatur, vt id exten-
at, & ſurſum extrorſum trahat.

c 2.Veſ.Col. & Fall. 7.Galeno.

III *d* ſeu Gluttęus minor, ſub priore,
t minor ab Ilio carnoſus, & ſemicircu-
ris exortus, fibroſis nexibus, ligamen-
s articuli coxendicis hærens, tendine
to anterius femoris proceſſui maiori,
t ſurſum trahendo extendat, inſeritur.

d 3.Veſ.Col. & Fall. 8.Galeni videtur.

IV *e* ſeu Iliacus externus, pyri formis à
cri oſſis *f* vertebris tribus inferioribus
arnoſus enatus, Ilij oſſis cauitatem ex-
ernam liuidus & obliquus implens, ten-
ine tereti poſterius in maximum femo-
s caput implantatur: idq; ſurſum tra-
endo extendit, & circumactioni auxi-
o eſt.

e 4.Veſ.Col. & Fall.
f Gal. diuerſum exortum aſsignauit, fortè propter lineam quæ in medio eſt, cuius 9. videtur.

V *g* qui Triceps rectius Quadriceps,
uod quadruplici principio nerueo, car-
oſoque à Coxendicis, & pubis oſſe o-

g 5.Veſ. & Fallop. 8. Columbo, 1.Galen. videtur.

ritur, paruum Rotatorem complectens, qui per femur delatus, in eius lineam asperam inſeritur, vt femur adducendo erigat, ſtabiliat, alteri imponat.

h 6. *Veſ. & Fallop.* 5. *Col.* ψόας *vocarunt Hipp. & Gal.* 5. *ad. anat.* 9. *cur.* 4.

Flectentium I *h* ſeu Lumbalis, in abdomine ſitus, à vertebris thoracis inferioribus & lumborum ſuperioribus, carneus enatus, ſupra pubis os delatus, tendine valido ac tereti in Rotatorem minorem, vt femur introrſum agendo flectat, inſeritur.

i 7. *Veſ. & Fallop.* 6. *Col.* 5. *Galeno.*

II *i* ſeu Iliacus internus, ab oſſe Ilij, cuius cauitatem internā occupat, ſemicircularis enatus, tendine rotundo in Rotatorem minorem implantatur.

k 8. *Veſ. & Fallop.* 7. *Col.* 3. *Galen.*

III *k* ab oſſe pubis, & coxendicis enatus, obliquè poſterius deſcendens, ſuo breui, & amplo tendine femori interius inſeritur, vt id flectat, introrſumque ducendo femori imponat.

l 9. *Veſ. Col. & Fall.* 2. *Galeni videtur, quem etiam loco* 9. *recenſet.*

Circumagentium I, *l* ſeu Obturator externus, prædicto ſubiacens, foramen in pubis, & coxendicis oſſe extrinſecus opplens, tranſuerſim latus, tendine valido in magni Rotatoris ſinum implantatur, idq; introrſum circumagit.

m 10. *Galeno*, *Veſ. Columb. & Fallop.*

II *m* ſeu Obturator internus, dictum foramen intrinſecus carnoſus & latus, vnde exoritur, occupat, & ſupra coxendicem extrorſum trochleæ inſtar reflexus, tendinibus tribus, quatuor & etiam quinq; in reflexu auctus & ijs vnitis, vnico tendine nerueo in magni proceſſus

ſinum

ſinum poſteriorem, vt circumagat, inſeritur: cuius tendo, ne ab oſſis duritie lædatur, carneo marſupio (quod muſculos duos *n* alterum ſuperiorem, alterum inferiorem æmulatur) continetur.

n *Veſalio carneæ portiones* 10. *muſculo attenſæ.*

III *o* Marſupio ſubiacens, à coxendice carnoſus exortus, tendine valido & tereti, ad femoris partem exteriorem circumductus, femur circũagit: hic in duos diuidi poſſe videtur.

o 11. *femoris muſculus Fallop. in obſ.*

Huic alium *p* adhuc ſubeſſe volunt, qui anterius ab oſſe pubis carneo & orbiculari principio enatus, in tẽdinem teretẽ deſinit, vt cum duobus prædictis femur circumagat.

p *Arantius.*

PEDIS *a* MVSCVLI.

a *de diſſect. muſc.* 33. 2. *ad anat.* 7. & 8. & 3. *vſu part.*

PEs extenditur Muſculis quinque poſterius: flectitur tribus, anterius ſitis.

Extendentium I & II *b* ſeu Gaſtrocnimius internus & externus, à femoris capite vtroque, ad genu carnoſi (quibus Seſamina oſſicula ad robur innaſcũtur) prodeunt: ad tibiæ medium carnoſiores latioresque redditi vniuntur, mox anguſtati tendine lato calci cum Quarto inſeruntur, vt Calcem ſurſum trahant, pedemq; terræ figant.

b 1. & 2. *pedis Veſal. Col. & Fall. Gemelli, Syluio.*

III *c* ſeu Plantaris ſub his, gracilis, à femoris capite externo carnoſus prodiens, ſub poplite, tendine longiſſimo, tenui, nerueo, calci interno implantatur, aliquando in totam plantæ *d* cu-

c 3. *Veſ. Columb. & Fallop.*
d *vt Palmaris in manu: aliquando hunc deeſſe aliqui volunt.*

tem absumitur, pedemq; introrsum vertit.

e 4. Ves. Col. Fallop.

IV *e* Soleus, qui à fibula posteriore nerueus enatus & crassissimus, circa mediam tibiam, in tendinem robustissimũ abiens, duobus primis vnitus, calci posterius implantatur, vt pedem terræ firmans, extendat.

f 5. Ves. Col. Fallop.

V *f* Tibiæus posticus, inter fibulam & tibiæ os, vnde carnosus oritur, situs, tendine nerueo per sinum in tibia exsculptum, ad malleolum internum delatus, in pedis inferiora in tarsi os, vt pedem introrsum trahat, inseritur.

g 6. Ves. & Fallop. 1. anterior pedis seu 8. pedis, Columb.

Flectentium primus *g* seu Tibiæus anticus, iuxta fibulam prodiens, intra tibiæ medium angustatus, in tendinẽ nerueum desinit, qui sub ligamento à tibiæ fibulæq; appendice inferiore enato delatus, in Pedij os, pollici prępofito, vt pedem flectat, anteriusq; sursum trahat, inseritur.

h 7. Ves. & Fallop. 4. anterior pedis, seu 11. Columb.

II *h* seu Peronæus primus, à fibulæ appendice carneus neruosusque enatus, tendine longo & tereti per malleoli fissuram pertransiens, sub planta in pedij os ad Pollicem, nonnunquam ad Mediũ digitum inseritur, & pedem extrorsum ducit & flectit.

i 8. Ves. Fallop. 5. anterior pedis, seu 12. Columb.

III *i* seu Peronæus secundus, prædicto mixtus, à fibula prodiens, carnosus tendine tereti & ad malleoli partem inferiorem, nonnihil bicorni, in pedij os ad mini-

minimum digitum inseritur, vt pedem extrorsum ducat, & flectat. Quod si omnes musculi octo, in actione conueniant, tum Pes humo affigitur.

His 9. addunt Ves. & Fallop. qui pars secundi digitorum tensoris, videtur.

DIGITORVM *a* PEDIS *Musculi.*

a *Gal. de diss. musc. 33. 2. ad. anat. 9.*

PEdis digiti musculos viginti tres habent, qui extendunt, flectunt, abducunt.

Extendentium I, *b* seu Pollicis tensor à media fibula carnosus exortus, tendine tereti, sub ligamento delatus, in pollicem supernè inseritur: aliquando diuiditur, tendine altero in pollicis, altero in pedij os inserto, hicq; in quibusdam distinctus musculus esse videtur.

b *15. digitorum pedis, Ves. Fallop. 3. anterior extremi pedis, Columb.*

II *c* seu Digitorum tensor, à tibiæ appendice acutus exit, & in medio versus pedem descensu, carnosam *d* portionem extrinsecus diffundit, ac sub ligamento cui adhæret, in tendines quatuor separatur: primo in Pedio in duos diuiso, quorum alter secundum, alter tertium adit: secundus ad quartum: tertius & quartus ad minimum digitum, per totam ipsorũ longitudinem excurrunt. Hi duo in anteriore tibiæ parte, at sequentes duo in posteriore siti sunt.

c *14. digit. pedis, Ves. & Fallop. 2. anterior extremi pedis, Col.*
d *9. pedis musculus, Vesal.*

Flectentium I, *e* seu Pollicis flexor, à fibula carnosus prodiens, ad calcem in tendinem teretem abit, qui sub malleolo & planta progrediens, in pollicis os inseritur: aliquando sub planta in tendines

e *2. digitorum Vesal. & Fall. 7. extremi pedis, Columb.*

duos diuiditur, maiorem ad pollicẽ, minorem ad ſecundum tranſmittens, & tũc alter flexor tantùm in tendines tres diuiditur.

f 5. digitorum, Veſal. & Fallop. 6. extremi pedis Columb.

II *f* ſeu Digitorum flexor magnus, poſterius à tibia carnoſus enatus, tendine tereti ſub malleolo interno delato, & ſub calce ligamento, à tibiæ appendice exorto donatus, ſub planta in tendines quatuor diuiditur, qui per Flectentium tertij tendines tranſeuntes, in quatuor digitorum, articulum tertium vt eos flectant, & validè adſtringant, inſeruntur.

g 1. digitorum muſc. Veſ. Col. & Fallop.

III ſeu Digitorum flexor alter, *g* ſub media planta à calce neruoſus carnoſuſque oritur, qui in tendines quatuor teretes perforatos diuiditur, & in digitorũ quatuor os ſecundum inſeruntur.

h 18. digitorum Veſ. & Fallop. 2. digitorũ, Columb.

Abductor *h* Pollicis illi proximus, à calce interius carnoſus prodiens, tendine pollicis oſſi primo, vt à reliquis abducat, inſeritur.

i 17. digit. Veſal. & Fall 3. digit. Col.

Abductor *i* Minimi digiti inferior, à calce exterius carnoſus prodiens, pedis oſſi minimo præpoſito affigitur, & in digiti minimi oſſis primi latus externũ, vt ab alijs abducat, implantatur. Hiq; tres, tendine lato craſſoq; integuntur.

k 19. 20. 21. 22. digit. Veſal. quatuor muſculi pedis digitis inſeruientes, Col. quatuor in pedis planta, Fallop.

Quatuor *k* ſequuntur Lumbricales, ſub planta à tendinibus Flectentium ſecundi parui exorti, digitorum lateribus, vt articulos ad latera moueant, applicantur: quibus carnoſa portio, roboris gratia, ſubiecta eſt.

Ab-

Abductor *l* digitorum ſuperior, in pedis parte ſuperiore locatus, à tarſo carnoſus oritur & in tendines, modò quatuor, modò quinque abit, qui in digitos extrinſecus inſeruntur, vt ad latus externum abducant.

l *16. digit. Veſal. Fall. 18. pedis, Columb.*

Supra Interoſſeos muſculos *m* nouus reperitur, qui à Ligamento primi internodij minimi digiti, nonnunquam ab altero annulari, tuncque minor, principio lato, nerueo enatus, mox carnoſus redditus, tranſuerſim, ob fibrarum ductum incedens, ſuper digitorum articulos primos delatus, in tendinem latum ſed breuem deſinit, qui in magni digiti articulũ primum nonnihil introrſum inſeritur. Huius vſus geminus: primus, vt dum nõ agit, ſit ipſi pedi inſtar Ligamenti, ne dũ per plana incedimus, pedis planta amplior fiat, quàm par ſit, ſicq; digiti à ſe inuicem abducantur. Dein, ipſo agente commodius per loca inæqualia incedamus, & ſic quaſi apprehenſio fiat.

m *Iulius Placentinus Patauinus Chir. & Anat. inſignis primus de hoc ad nos ſcripſit.*

Interoſſei *n* decem, qui ad flexores referendi, in planta à pedij oſſib. enati, ſpacia inter oſſa implent, & in digitorum quinq; radices bini implantantur, vt articulum primum flectant, duobus ſimul agentibus: at ſi alter tantùm agat, ad latus ducit. Horum tendinibus, oſſicula Seſamina corporis noſtri maiora, ad robur innaſcuntur.

n *inter. 3. & 14. Veſ. locauit: inter 7. & 18. Col. plantæ muſculi decem, Fallop.*

VENÆ a PEDIS.

a Galen. de diss. ven. & arter. S. 3. ad a- nat. 11.

VEna Caua vbi ad quartam lumborum vertebram peruenit, in truncos duos æquales diuiditur, qui Iliaci dicuntur, horum tam dexter quam sinister, in interiorem & exteriorem subdiuiditur, à quo varij soboles, libro primo explicati, disperguntur: dein Crurales dici incipiunt, & mox postquam Iliacus ramus, tam externus, quam internus extra ventrem delatus est, & ramus internus pubis os pertransijt, in coxendicis articulũ surculum mittit, & in illius regionis musculos disseminatur: dein cutẽ in femoris interna sede ramo subit, tũ cum ramo Crurali, internę iungitur, Vbi cauitas quædã in femoris plicatura, in qua Glandulæ frequentes, quæ venarũ, arteriarum & neruorum illac transeuntium propagines firmant. A' trunco Crurali venæ sex per pedem feruntur:

I. Saphena seu Malleoli, quæ per tibiam intrinsecus inter cutẽ & panniculum versus Malleolum internum delata, in pedis superiora variè diuiditur: hæcq; in ramos quatuor diuisa, in totius cruris cutem absumitur.

II Ischias minor, prædictæ opposita, extrorsum in coxendicis cutem & musculos vicinos disseminatur, mox à trunco inter musculos immerso, prodit tertia,

III Muscula, quæ in ramum minorẽ

qui

qui tibiæ musculos & cutem adit, & in maiorem, qui per femoris musculos disseminatur, diuiditur.

IV Poplitea, ex cruralibus ramis duobus constituitur, surculis posterius cuti ad calcem vsq; missis, aliquando ad malleoli externi cutem excurrit.

V Suralis, magna cruris vena, posterius ramulis in suræ musculos transmissis, in truncos duos abit, externum minorem, interiorem maiorem, ad tibiæ & pedis cutim intrinsec9, delata, circa malleolum externum reflexa, pedis latus internum, & pollicis cutem, rarius aliorum digitorum, adit, à quo varius venarum sub pedis cute reticulus supernè constituitur, qui non semper in hominis vtroque pede sibi similis.

VI Ischias maior, portione maiore per suræ musculos delata, in ramos decem absumitur, digitis singulis binos largiẽs, minore inter fibulam & calcem absumpto. In his venis, post inguinum glandulas, Valuulæ seu Ostiola, quæ cauitatis dimidium intercipiunt, vt in Venis Manus dictum fuit, obseruantur.

ARTERIÆ a PEDIS.

a *de diss. ven. & art. 9. 3. ad anat. 13. & 6. vs. par. 10.*

ARteria Peritonæo vbi excidit, ramulis ad pubis ossis commissuram transmissis, in crus abiens, vtrinque Cruralem arteriam constituit, (& in ramum internum & externum diuiditur) à quâ prodeunt,

I Muſcula cruralis exterior, quæ ramum externum femoris muſculis anterioribus largitur.

II Muſcula cruralis interna, in muſculos, femoris partē interiorē occupantes, diſtribuitur, & ramulo ad genu cum hypogaſtricæ ramulo commiſcetur.

III Poplitea, truncus poſterius deſcendens, ſub poplite, in femoris muſculos poſteriores excurrit.

IV Suralis: truncus in poplite latitans, ramos ad cutem genu, & in pedis muſculos trāſmittit: at in tibia in ramos tres diuiditur.

V Tibiæa exterior, ramus primus eſt, qui ſecundum fibulam demittitur, & in eos muſculos abſumitur.

VI Tibiæa poſterior elatior, ramus alter, per eius loci muſculos fertur, per ligamentum inter tibiam & fibulam excurrens, pedis ſuperiora accedit, & in muſculos digitos abducentes diffunditur, vbi & arteriȩ motus tactu deprehenditur.

VII Tibiæa poſterior & humilior, ramus tertius.

IIX Cruralis caudicis reliquum per tibiæ poſteriora deſcendens inter calcem & malleolum interiorem, pedi ramulum tribuit: reliquum bipartitur, & quilibet ramus in ſurculos quinque abſumitur, ad quemlibet digitum ſurculis duobus tranſmiſſis.

NER-

NERVI a PEDIS.

NErui pedis à tribus inferioribus lumborum, & quatuor ſuperioribus ſacri oſſis vertebris à ſpinali medulla prodeuntes, in exortu reticuli inſtar cõiuncti, mox in neruos quatuor vtrinque exeunt.

a Gal. de diſſ. neruorum 17. 3. de. an. 10. & 11. item 16. vſu part. 8.

1 ad paruum Rotatorem deſcendens, ſupra genu in femoris muſculos & cutem abſumitur.

II. cùm vena & arteria in crus deſcendens, ramum inſignem intrinſecus cum vena Saphena ad malleolum demittit, ramulos muſculis & membranis, vaſa nectentibus, communicans.

III ſuperiorib. femoris muſculis, & pedis, ramulos largiens, ad cruris medium in muſculos abſumitur.

IV omnium neruorum craſſiſſimus, duriſſimus, validiſſimus, ſicciſſimus, ex ſacri oſſis paribus quatuor ſuperioribus enatus, inter Sacrum os & Ilium delatus, ramulis ad muſculorum capita & cutem diſſeminatis, ſub poplite bipartitur, & in totum pedem diſtribuitur. Exterior enim gracilior ſtatimque bifidus, ſecundum fibulam & malleolum in pedis partem ſuperiorem delapſus, digitis ſingulis binos dat ſurculos. Interior & maior, ſecundum tibiam ad malleolum interiorem ad pollicem & plantam delabitur, digitis ſingulis binis datis ſurculis: mox bipartitur & corporibus muſ-

culorum, & cuti tibiæ pedisque surculos tribuit.

OSSA ET LIGAMENTA Pedis.

OSsa in quolibet pede quadraginta duo sunt, quæ vel femoris, vel tibiæ, vel pedis extremi.

a *Gal. de oßibus 21. sic de oßibus Cruris & Tibiæ eorumq; situ, 3. vs. par. 9.*

FEMORIS *a* os vnum, sicut & Humeri, à Coxendice, cui capite rotundo articulatur, ad genua capite gemino, interno & externo, quę tibię ossis sinus intrant, fertur. Huius ceruix, pceßum habet duplicē appendice donatum: alterum externum, qui magnus Rotator: ad quem sinus, impreßiones & lineæ notandæ. Alterum internum, qui paruus Rotator dicitur.

At femur, coxendici ligamento duplici nectitur: altero cōmuni membraneo, orbiculatim articulum ambiente: altero tereti quasi cartilagineo in coxendicis acetabulo sito, & in femoris caput mediū, ne sinu suo excidat, inserto: hoc enim laxato, laxatio fit.

b *lib. de oßibus 22. natura oßium tibiæ, 3. vs. part. 13. & tibiæ esse optimam magnitudinem, 3. vs. par. 14.*

TIBIA *b* inter genu & talū, ossa duo (vt & Cubitus) habet: alterum interius maius, quod Tibia & Canna maior, cuius pars anterior & acuta, Spina tibiæ dicitur: at appendix gibba iuxta pedem, Malleolus internus vocatur. Alterū exterius, quod Fibula *c* & Canna minor, quæ musculis & vasis tibiæ, quæ inter vtraque ossa sita, munimentum est: cuius

c *Fibulæ vsus triplex, 3. vs. part. 13.*

tuber

tuber iuxta pedem Malleolũ externum constituit. At tibiæ ossis sinum Cartilagines duæ cingunt, vt femoris capita excipiant. Verùm femoris & tibiæ coarticulationi os breue & rotundum, quod *d* Patella dicitur. præponitur, ne femur ad partes anteriores labatur, néve in decliuioribus locis, cum in anteriora corpus moueatur, cadamus.

d de oßibus 33. de articulatio in genu & patellæ vsus, 3. vs. part. 15.

Ligamentis sex tibia donatur: primũ membraneum quod genu, patella excepta, ambit, vt tibiam & fibulam femori cum articulo genu colliget. Alterũ neruosum sub genu est, ex tibiæ processu enatum, quod bifidum & vtriq; femoris capiti infigitur. Tertium cartilagineum, inter ipsius sinus enatum, posterius inter femoris capita duo inseritur. Quartũ gracile in articuli genu medio fertur. Quintum subteres genu externo lateri obducitur, & femoris, fibulæ & tibiæ ossa colligat. Sextum gracilius interno lateri attenditur. Fibulæ quoq; committitur ligamẽto communi, altero superius iuxta genu, altero inferius: tum vtrumq; os secundum longitudinem peculiari ligamento iungitur.

PEDIS *e* extremi ossa triginta octo *f* sunt, Tarsi septem, Pedij quinque, Digitorũ quatuordecim & Sesamina duodecim.

e de oßib. 24. Sic 3. vs. part. 8.
f 26. Vesal. absq; sesaminibus.

TARSI primum, Talus *g* seu astragalus, vulgo os balistę nominatur, quod ti-

g de oßib. 24.

biæ & fibulæ basis instar subijcitur: & lateribus cartilagine incrustatis, malleolos suscipit: cum osse nauiculari quoq; iungitur: in ceruicem oblongam producitur, quod in caput rotundum cartilagineo btectum desinit, calci quoque articulo duplici nectitur. Alterum os, calx dicitur & ossium pedis *h* maximum est, cum ad pedis *i* firmationem faciat, quare ligamẽtis plurimis, talo & alijs ossibus adiacentibus iungitur: suo enim capite tali sinum subit, & cubiformi iungitur. Tertium est os *k* Nauiculare, cauitatem scaphæ æmulans: his trib. in manu nil assimilari potest, quare solùm quatuor *l* sequentia Tarsum constituere voluerunt, & Carpo in manu assimilarunt. Quartum est *m* Cubiforme, quasi sex lateribus donatum: quod calci præponitur, pedij ossii 4. & 5. committitur, & septimo tarsi iungitur. Quintum, *n* sextum & septimum, nauiculari articulata Chalcoidea dicuntur quod cuneum referãt: quare cuneiforme maius, minus & medium vocamus.

h *πτέρνα pedis os tertium de oßib.24.*
i *3. vs. part. 8.*

k *pedis os. 2. σκαφοειδὴς, de oßib. 24.*

l *vt Vesal. vide Gal. 3. vs. part. 6. & 8. & lib. de oßib. 24. Fallop. de oßib.*
m *κυβοειδὴς, à cubi forma seu pedis 4. de oßib. 24.*
n *χαλκοειδῆ omnia simul nonnullis dicuntur, Vesal. Fallop. de oßib. 1. 2. & 3. tarsi Vesal. 5. 6. & 7. Col.*
o *πεδίον. de oßib. 25. planta Celso: metatarsus.*

PEDII *o* ossa quinque sunt, tarsi ossibus articulata, quib. digiti sustinentur.

Digitorum ossa quatuordecim, pollici duo, reliquis tria contigere, quæ infra supraque appendices habent, & (exceptis extremis, quibus Vngues adhærent) cartilaginibus cinguntur, vbi inuicem articulantur.

SESA-

SESAmina ſunt duodecim, quæ minora, quàm in manu, præterquam in pollice pedis, cùm oſſa pollicis pedis maiora ſint, quàm manus: quare primo ei9 articulo duo inſignia Seſamina *p* appoſita: de reliquis, vt in manu, ſit iudicium.

Bina oſſicula in poplite *q* iuxta femoris os, muſculorum pedis capitibus innata, huc referenda ſunt: ſic & oſſea pars in ſenibus ad os Teſſeræ, in tendine ſeptimi muſculi occurrens. Item oſſiculum externè ad articulationem oſſis pedij minimum digitum ſuſtinentis. Tandem digitorum extrema, Vnguibus cuti extrinſecus cõmiſsis & teguntur & muniuntur.

p *internum quod maius, Arabes Albadaram vocãt, ex quo hominem tãquam ex ſemine rurſum propagandum fabulantur.*

q *in ceruis, canibus, leporibus, etiam reperiuntur.*

PEDIS LIGAMENTA.

PEdis ligamenta duplicia ſunt, alia quæ tendines muſculorum continent, alia quæ oſſa connectunt. Illa ſunt triplicia & tranſuerſa, primum ad articulum pedis cum tibia: alterum, à malleolo interno in calcis os inſeritur: tertium, à fibula calci implantatur. Sic digiti, ligamenta tranſuerſa habent, quæ tẽdines muſculorum in officio detinẽt. Quæ verò oſſa cõnectunt, ad talum, tarſum, pedium & digitos referuntur.

Talus, tibiæ oſſibus tribus ligamentis iungitur: vno membraneo articulum ambiente: duobus cartilaginoſis, altero à talo interno pronato, tibiæ inſerto:

altero à talo externo, fibulę infigitur. Sic talus, ossibus pedis, quinque ligamentis copulatur: primo membraneo, quo articulus calcis cum talo iungitur: altero vt & cæteris cartilagineo, à talo inferne enato, calci inserto: tertio, ossi nauiculari infixo: quarto, à tali ceruice, in os tessaræ: quinto, quod calcis os, ossi tessaræ committit.

Tarsi ossa cartilagineis ligamentis vel inter se, vel vicinis ossibus committuntur. Vicinis osѕibus, posterius, os tessarę, tali ceruici & calci committitur. Sic tria ossa, ossi nauiculari: anterius pedijs ossibus. Inuicem verò, vt in pedis parte superiore, inferius quoque ligamento validissimo quod externè colligat & ossium media inuicem iungit.


Pedij tandem & digitorum ossa ligamenta quoque habent, quorum illa cartilaginea, hæc verò membranea sunt, & ligamentis manus correspondent.

Hæc breuiter ad laudem Omnipotentis creatoris nostri, & humani generis vtilitatem dicta sunto: cui summo Protoplastæ, maximo Deo sit laus, honor & imperium.

FINIS.

SEQVVNTVR

TABVLAE VENARVM, ARTERIARVM, NERVORVM, MVSCVLORVM ET OSSIVM.




VENAE plurimae per corpus feruntur, quae prodeunt à Trunco vel

- VENAE portae quae Vmbilicalis venae propago est, & tantum per Ventrem infimum distribuitur. Diuitur autem in
  - Truncum à quo
    - Cysticae gemellae, ad vesicam bilariam.
    - Gastrica dextra, ad ventriculum & Pylorum.
  - Ramos, quorum alii
    - Superiores, (quos Radices vocant) per Hepar dispersos, & cum Cauae radicib. osculis iunctos.
    - Inferiores, vnde ramus
      - Dexter à quo
        - Gastroepiplois dextra, ad ventriculi fundum & omentum.
        - Intestinalis ad duodenum & ieiunum.
        - Mesenterica à qua
          - Mesenterica dextra duplex, à qua Venae Mesaraicae.
          - Mesenterica sinistra, à qua Hoemorrhoidalis interna, quae aliquando à Splenica.
      - Sinister SPLENICUS dictus, à quo alii
        - ante diuisionem
          - Gastrica minor & sinistra ad Ventriculum.
          - Gastrica maior à qua Coronaria stomachica.
          - Epiplois dextra / sinistra ad Omentum.
          - Pancreae ad pancreas.
        - post diuisionem alii à ramo
          - superiore
            - Vas breue in fundum ventriculi.
          - inferiore
            - Epiplois sinistra ad Omentum.
            - Gastroepiplois sinistra ad ventriculum & omentum.
- VENAE cauae, quae ad omnes partes corporis ramos mittit, exceptis iis, quibus Vena Portae ramos largita est in ventre infimo (excipe rectum intestinum, cui Hoemorrhoidalem externam tribuit.) & in thorace pulmonibus, quib. Vena Arteriosa propria: & in capite, qui à Sinubus durae matris progantur. B
- VENAE Arteriosae, quae tantum per pulmones distribuitur: rarissimum enim est in quibusdam, Venam cauam vbi diaphragma transiit, priusquam cordi se insinuet, ramulum quendam recta in Pulmones mittere: per quem vomicam expurgari opinantur.

B VENA

- Superiorem, *à quo rami feruntur vel*
  - *post divisionem per*
    - CAPVT *& quidem per eius partem*
      - exteriorem *vel*
        - anteriorē
          - Facē.
          - Na*sum*
        - lateralē.
        - *posteriorē*
      - interiorem *per*
        - Os
        - Oculos
        - Cerebri *substantiam*
      - *quæ propagines, sunt vel*
        - Iugularium *venarum vel*
          - Iugularis *externæ aliquādo geminæ, quæ sub auris radice dividitur in ramū*
            - Exteriorē *cutaneas capitis & colli cōstituēs, musculos vicinos pereptās, & dividitur in ramū*
              - Anteriorem, *qui ad faciem, nasum et buccas, & cōstitu it* Venā *frōtis.*
              - Lateralem *qui partim ad*
                - Tē*pora.*
                - Occi*put.*
            - Interiorem, *qui subit vel*
              - Oris *cavitatē, et ramos largitur musculis*
                - Faucium.
                - *Laryngis.*
                - *Hyoidis*
                - *Linguæ quæ Venæ raninæ.*
          - Iugula*ris internæ, q̄ iuxta calvariæ basin posterius in ramos duos dividitur, quorum*
            - 1 Per foramē *p sexto nervo exsculptū trāsit, & Sinum subit.*
            - 2. Per *ossis sphœnoidis foramen septimū ad crassæ meningis basin fertur.*
            - Cranicos *: ramis tres*
              - 1. Ossis *tēporis foramē trāsiēs, Sinum subit.*
              - 2. Per *foramē pro nervorū pari secūdo exsculptū*
              - 3. Ossis *cribrosi foramen transit*
              - In Nasi *membranam*
        - Sinum *duræ matris, à quibus*
          - Venulæ *exiguæ reptitiæ dictæ, p Cerebri substantiam disseminatæ.*
        - *
    - MANVS. E.
  - à Trunco *partim integro, partim diviso per* — THORACEM. C.
- Inferiorē, *à quo rami spargunter*
  - eo *& integro & diviso per* — INFIMUM *ventrē.* D.
  - post *divisionem per* — PEDES. F.




C VENAE Cauæ rami per THORACEM dispersi, prodeunt vel ex

- TRUNCO, ante diuisionem
  - Phrenica *seu Diaphragmatica, quarum sinistra aliquando à trunco ventre infimo: ad diaphragma.*
  - Rarissimè *ramulus ad pulmonem.*
  - Ramus, *qui cordis ventriculo dextro infigitur.*
  - Coronaria *cordis, quæ aliquando gemina.*
  - Vena *azygos, seu sine pari, à qua communiter vtrinq; Intercostales inferiores decem: reliquum vel in truncum supra emulgentes, vel in emulgentes, vel ramum iliacum. Rarius coniugem habet.*
  - Intercostalis *superior*
    - Dextra.
    - Sinistra, *communiter post diuisionem à ramo Subclauio.*
- Trunci ramis, post trunci diuisionem vel
  - Intra *Thoracē & SVBCLAVIVS dicitur, à quo alia à parte*
    - Inferiore
      - Mammaria descendens: (*aliquando* v... *nica è trunci medio*...) *à qua*
        - Thymi... *ca.*
      - Mediastina, *modo* ... *trunco, modo à sinistr*... *Subclauia, à qua*
        - Capsu... *laru cor*... *dis.*
      - Ceruicalis.
      - Muscula *inferior: quæ aliquando à iu*... *gulari externa.*
    - Superiore
      - Muscula *superior.*
      - Iugularis
        - *externa.*
        - *interna.*
        - *de quibus in Capite*
  - extra *thoracem & AXILLARIS dicitur, à qua Cutaneæ per brachium, thoracem & dorsum: ab hac vel*
    - ante *diuisionē*
      - Scapularis *interna.*
      - Scapularis *externa.*
    - post *diuisionem in ramum*
      - Superiorem *seu* CEPHALICAM, *de qua in* MANV.
      - Inferiorem *seu* BASILICAM, *ab hac*
        - Thoracica *superior, quæ etiam ad Mammas mulierum.*
        - Thoracica *inferior: cuius rami cū vena azygo osculis iungūtur: nonnunquā à Thoracica superiore oritur.*

D VENAE *Cauæ rami per* INFIMVM VENTREM *dispersi, proueniunt vel ex*

- *Trunco, ab hoc*
  - Adipoſa *ad adipem renum*
    - dextra *quæ communiter ab emulgente.*
    - ſiniſtra.
  - Emulgens *ſeu Renalis ad Renes*
    - dextra.
    - ſiniſtra.
  - Spermatica *ſeu ſeminalis*
    - dextra, *quæ aliquando duplex.*
    - ſiniſtra *ab emulgente.*
  - Lumbares *duæ vel tres per vertebras lumborũ, à quibus*
    - Venæ *duæ ſecundum ſpinalis medullæ latus in cerebrum*
    - Cutaneæ *aliquando per lumborum regionem.*
- Ramis *vel*
  - Intra *peritonæum* ILEACOS *dictos, à quibus alij*
    - ante *bifurcationem*
      - Muſcula *ſuperior, quæ aliquando à Trunco.*
      - Sacra, *modò ſimplex (tum ex trunci medio) modò gemina.*
    - poſt *bifurcationẽ à ramo*
      - Exteriore *alij*
        - antequam *peritonæo excidat*
          - Epigaſtrica, *à qua*
            - Cutanea *ad inguina.*
            - Ramus *præcipuus ſub rectis muſculis abdominis ſurſum mittitur.*
          - Pudenda
        - vbi *excidit*
          - Muſcula *inferior, à quã aliquãdo Cutaneæ per Pedes.*
      - Interiore *graciliore*
        - Muſcula *media, quæ exterior eſt ramus.*
        - Hypogaſtrica, *quæ interior eſt ramus, quæ aliquando gemina, à qua*
          - Hæmorrhoidalis *externa ad rectum inteſtinum.*
          - Ad *veſicam & penem in viris.*
          - Ad *veſicã & vteri callũ in mulieribus, per quas grauidis menſes fluũt.*
  - Extra *peritonæum* CRVRALES, *qui per pedes ferũtur.* F.



E Axillaris *vena, quatenus per manum fertur, in duos ramos diuiditur, in*

- Superiorem, *siue* CEPHALICAM, *quæ & Humeralis & Cubiti exterior dicitur; quæ ad cubiti articulum diuiditur in ramum*
  - Interiorem, *qui cum Basilicæ ramo iunctus* MEDIANAM *constituit, quæ ab Auicēna Nigra vocatur: Hæc supra radium finditur in ramum*
    - exteriorem, *qui ramulum ad pollicis & indicis regionem mittit, & dicitur.*
      - Cephalica, *vel* Ocularis.
    - interiorē, *inter indicē & mediū, & ad annularē, quibusdam*
      - Syele Auicēnæ.
  - exteriorē, *qui Funis brachij Auicen. paßim ad cutim abit, cui ad carpi mediū Basilicæ ramulus iūgitur, & inter annularē & auricularē cōstituit*
    - Saluatellam *siue* Syelen *Arabum.*
- Inferiorē, *seu* BASILICAM, *quæ multis Axillaris & Cubiti interior, quæ vel*
  - dextra, *&* HEPATICA
  - sinistra, *&* LIENARIS
    - * a
      - Profundum, *qui ad cubiti articulū diuiditur in ramum*
        - exteriorē, *qui secundū radium delatus*
          - pollici & *indici duos* medio *vnum* — *surculos exhibit.*
        - interiorē, *qui cubiti oßi attensus*
          - medio *digito vnum* medico & *minimo duos* — *surculos exhibit.*
    - * b
      - Anteriorem, *qui cum Cephalicæ ramo interiore* MEDIANAM *constituit: à quo Basilicæ ramo*
        - Vena *alia, à qua surculi plures in cutim manus internæ absumuntur.*
      - Posteriorē, *qui ad humeri tuberculum bipartitur in ramum*
        - exteriorē *maiorē secūdū vlnæ sedē, & iuxta minimū digitū cū Cephalicæ altero ramo iū[illegible]gitur, & in manū externam absumitur.*
        - interiorem *in cubiti cutim, & cum exteriore complicatur.*

* a quæ *vbi ad axillā plures ramos ad Thoracem misit, de quib. eo loci, & cutaneas constituit, diuiditur in ramum*

* b Subcutaneum, *qui ramulis ad cutim mißis, ad brachij tuberculum internum, diuiditur in ramum*

F A ve

VENAE PEDIS.

A vena CRVRALI *prodit.*


- Saphæna, *seu Malleoli vena, per cruris interiora in pedis superiora versus digitos variè diuiditur, & cum alijs miscetur: ab hac ad cutim propagines quatuor.*
  - 1 quæ *duplex*
    - interior, *ad inguina & peritonæum.*
    - exterior, *in femoris anteriora & exteriora.*
  - 2 ad *cruris medium.*
  - 3 ad *genu in*
    - patellæ *cutim.*
    - poplitem.
  - 4 ad *tibiæ mediũ antrorsum & retrorsum, nonnunquam ad pedis superiora excurrit, & in digitos ferè omnes distribuitur & constituit*
    - Venam, *quæ in vteri affectibus circa malleolum.*
    - Venam, *quæ in capitis affectibus supra pollicem, Cephalica vulgo dicitur, quæ*
    - — incidi *consueuit.*
- Ischias *minor, per cruris exteriora in articuli coxendicis cutim, & eius loci musculos absumitur.*
- Muscula, *quæ vel*
  - exterior *et minor, ad tibiæ musculos & cutim.*
  - interior *et maior, per femoris musculos ad genu vsque descendit.*
- Poplitea, (*à qua surculi in cutim femoris*) *per medium poplitem ad calcem descendit*
  - Hæc *ab antiquis sub poplite incidebatur.*
- Suralis, *quæ in poplitis regione diuiditur in ramum*
  - exteriorem, *qui ad cutim genu fertur, & sub eo distribuitur in propaginem*
    - interiorem, *quæ secundum fibulam inter pedis musculos absumitur.*
    - exteriorem, *quæ secundum tibiam malleolum externum per pedis superiora cutim acced , & cum popliteæ surculis in pea s dorso coniuncta, variũ illum flexum constituit.*
  - interiorem, *qui per tibiæ posteriora & interiora delatus ad calcis & pollicis latus sub cute disseminatur, & surculis varijs iunctis, varices constituit: ab hac*
    - Ischias *maior per suræ musculos soboles spargit, & delata in pedis musculosam substantiã distribuitur, & digitis singulis binos ramulos largitur; hæc in*
      - Coxendi*cis affectib. circa malleolum externum inciditur.*
    - Reliquũ *pedis humiliora petit, & ferè bini singulorũ digitorũ internam sedem perreptant, aliquando digito*
      - minimo,
      - *quinque,*
      - medico *duos,*
      - medio *vnũ,*
      - *reliquis ab Ischia maior*
      - — surculi *tribuũtur.*

- ARTERIARUM *rami per corpus distributi vel sunt*
  - ARTERIAE *magnæ, quæ cordis ventriculum sinistrũ egressa, dividitur in*
    - Truncum *minorem seu ascendentem, qui ramos spargit per*
      - Caput. A.
      - Collum B.
      - Thoracis *partem superiorem.* B.
      - Manus. D.
    - Truncum *maiorem seu descẽdentem, qui ramis suis excurrit in*
      - Thoracis *partem inferiorem.* B.
      - Vẽtrem *inferiorem.* C.
      - Pedes. E.
  - ARTERIAE *Venosæ* / ARTERIAE *asperæ* — quæ *pulmonum tãtum vasa sunt.*

A ARTE-

A ARTERIAE *quæ per caput feruntur, prodeunt* [illegible]

- Carotidibus, *quarum quælibet diuiditur in ramum*
  - Externum, *qui per* FACIEM *fertur: vnde soboles vel ad*
    - Buccarum, Faucium } *musculos.*
    - Aurē *& bipartitur altera*
      - auris *posteriora perreptat, vnde*
        - Arteriæ *duæ*
          - altera *ad omnes dentes inferiores.*
          - altera *ad labrum.*
      - tempora, *frontemq́; perreptat in*
        - Faciei *musculos.*
  - Internum *qui vel per*
    - Fauces *fertur*
      - Linguę, Laryngi, &c. } surculos *largitur.*
    - Caluariam *ad cuius basin bipartitur, vnde*
      - 1. Arteria *per foramen temporum delata, sub dura matre, Rete mirabile constituit: mox diuiditur in propaginem*
        - *minorem, quæ cū Neruo optico ad oculos abit.*
        - maio*rem, quæ per tenuē meningem & cerebri substantiā dissemi natur.*
      - 2 Arteria, *in Narium cauitatem & duram matrem distribuitur.*
      - 3 Arteria, *per occipitis foramen primum subit*
        - Sinum *duræ matris, vnde à sinibus Arteriolæ reptitæ prodeunt.*
- Ceruicali, *quæ 4. Arteriam constituit, & foramina processuum ceruicis transit, & per occipitij foramen magnū, Caluariā subit & sub Cerebri basi*
  - Plexum *choroidem constituere volunt.*



B **ARTERIAE** *per Thoracem & Collum destributæ, prodeunt vel à*

- Trunco *cor egrediente ante diuisionem, à quo* Coronaria *cordis, modò*
  - Simplex.
  - Gemina.
- Trunco *post diuisionem & vel à*
  - Trunco *ascendente minore*
    - Subclauia
      - dextra, *quæ elatior & amplior:*
      - sinistra, *quæ humilior:*
      - *ab hac* antequā *Thoracis cauitatem excidat, alij à parte*
        - Inferiore: Intercosta*lis superior, vtrinq; triplex, vel quadruplex*
        - Superiore:
          - Māmaria *dextra & sinistra, quæ ad mammas & thymū, & cum Epigastricâ sub musculis rectis abdomin. iungitur.*
          - Ceruicalis *dextra & sinistra, quæ Cerebri basin subit: nōnunquam à Carotide pdit.*
          - Muscula *(ad ceruici incumbentes musculos) dextra & sinistra.*
      - * vbi *thoracem egressa &* AXILLARIS *dicitur, ab hac antequam brachiū accedat, aliæ à parte*
        - Inferiore
          - Thoracica
            - *Superior* — dextra, sinistra.
            - *Inferior* — dextra, sinistra.
          - Scapu*laris* — dextra, sinistra
        - Superiore
          - Hu*meraria* — dextra. sinistra
          - Reliquū *ad Brachium abit.*
    - Carotis *seu Soporalis*
      - dextra — *per colli latera caput petit.*
      - *sinistra* — *per colli latera caput petit.*
  - Trunco *descendente, & maiore: ab hoc*
    - Intercostales *inferiores, vtrinq; octo, vel nouem.*
    - Phrenica — dextra, sinistra — ad *Diaphragma & pericardium.*


ARTERIAE truncus per [illegible]

- **Trunco**
  - Cœliaca, (*cuius rami, venæ portæ ramos comitantur*) *diuiditur in ramum*
    - Dextrũ, *graciliorem, à cuius parte*
      - humiliore elatore
        - Gaſtrica *dextra ad vẽtriculũ.*
        - Cyſticæ *gemellæ, ad veſiculam bilariam.*
      - humiliore
        - Epiplois *dextra, ad omentum.*
        - Inteſtinalis.
        - Gaſtroepiplois *dextra, ad ventriculum & omentum.*
    - Siniſtrũ *ampliorẽ* SPLENICŨ *ab hoc alia*
      - *ante diuiſione à parte*
        - Superiore
          - Gaſtrica *maior, à qua*
            - Coronaria *ſtomachica.*
          - Gaſtrica *ſiniſtra.*
        - Inferiore
          - Epiplois *poſtica*
          - Epiplois *ſiniſtra*
          - (both) ad *omentum.*
      - poſt *diuiſione à parte*
        - Superiore
          - Vas *breue ad vẽtriculum.*
        - Inferiore
          - Gaſtroepiplois *ſiniſtra, ad ventriculum & omentum.*
  - Meſenterica *ſuperior, à qua Meſaraicæ, per ieiunum, ileon & coli partem.*
  - Emulgẽs *ſeu renalis*
    - dextra.
    - ſiniſtra.
  - Spermatica
    - dextra.
    - ſiniſtra.
  - Meſenterica *inferior, in coli partem ſiniſtram ac rectum inteſtinum, &*
    - Hæmorrhoidalem *conſtituit.*
  - Lumbares *à quibus*
    - Arteriæ *duæ per ſpinam ad cerebrum.*
  - Muſcula *ſuperior.*
- **Ramis vel**
  - intra *Peritonæũ, quos* ILIACOS *vocant, alij*
    - ad *bifurcationem*
      - Sacra *quæ ex ipſa bifurcatione*
    - poſt *bifururcationem à ramo*
      - *interiore graciliore*
        - Muſcula *inferior.*
        - Hypogaſtrica *ad*
          - Veſicam.
          - Vteri *fundum.*
          - Hæmorrhoides.
          - Penis *corpora glandem vſq;.*
        - Arteriæ *vmbilicales, quæ fœtus ſunt, hic implantantur.*
      - *exteriore maiore*
        - Epigaſtrica.
        - Pudẽda, *ad pudenda & penis cutem.*
        - Reliquum *in Crus fertur.*
  - extra *Peritonæum*, CRVRALES.

ARTERIAE *manus, ab* AXILLARI *prodeunt, & quidem vel*

- ante diuisionem
  - 1 ad *humeri musculos internos.*
  - 2 ad *cubiti sedem externam supr[a] infráque.*
  - 3 ad *cubiti flexuram ramulis duobus.*
- *post diuisionem sub Cubiti flexura diuiditur in ramum*
  - superiorem, *qui secundum Radium delatus carpum adit, vbi pulsum exploramus, à quo ramuli mittuntur*
    - inter *pollicis primi[...] os & metacarpij.*
    - ad *digitos, horum*
      - 1 pollicis
      - 2 indicis
        - sedi[...] *internæ surculos duos largitur.*
      - 3 medium *indiuisus accedit.*
  - inferiorem, *qui secundum Vlnam carpum adit, à quo ramulus ad*
    - Minimi *digiti musculos.*
    - Ad *digitos, quorum*
      - *medio surculum vnum.*
      - *medico*
      - *minimo*
        - *surculos duos tribuit.*

E Arte-



- E Arteriæ pedis CRVRALIS propagines ſunt vel
  - ſupra poplitem à trunci parte
    - exteriores
      - Muſculi cruralis exterior, ad muſculos femoris anteriores.
    - interiore
      - Muſcula cruralis interna, ad muſculos femoris interiores, quæ ad genu cum Hypogaſtricæ ramulo miſcetur.
  - ſub poplite
    - Poplitea, in muſculos femoris poſteriores.
    - Suralis, quæ diuiditur in
      - Tibiæam exteriorem
      - Tibiæam poſteriorem & elatiorem.
        - (both) ad muſculos tibiæ.
      - Tibiæam poſteriorem & humiliorem, quæ in
        - Tibiæ muſculos
        - Digitos abducentes muſculos.
    - Pedis minoris arteria partim
      - ad pollicis muſculum & pedis ſuperiora.
      - inter digitorũ muſculos ſecatur in ramulũ
        - interiorem qui
          - pollici, indici — duos
          - medio vnum
        - exteriorem qui
          - minimo, medico — duos
          - medio vnum, & eius inferiori ſedi.
        - (both) ſurculos tribuit.

NERVI omnes à Cerebri medulla prodeunt. Verum alij dum medulla hæc continatur in

- Cranio & quidē paria vulgò septem; imò octo
- Spinæ vertebris, & propriè SPINALIS Medulla dicitur, & quidem paria triginta

distribuuntur autem per

- Ventres:
  - Caput, paria octo
  - Thoracem cui Collum iungimus. A.
  - Infimū vētrem. B.
- Artus:
  - Manus. C.
  - Pedes. D.

Caput, paria octo:

- 1 par Opticorum, quod in oculi retinam tunicam constituit.
- 2 par Motoriorum oculi, ad eius & palpebræ musc. & membranas externas.
- 3 par ad faciei musculos, diuiditur in ramos 4.
  - 1 ad oculi musculū s[...] cutim frontis, & palpeb. super.
  - 2 in musculos labri super. alarum nasi, & gingiuas incisoriorū.
  - 3 in narium membranam, & musculos alas contrahentes.
  - 4 in temporalem musculum.
- 4 par ad linguā potiß. & Gustatorius est, cuius propagines tres
  - 1 ad faciei & buccarum musculos & cutim.
  - 2 gingiuis dentium molarium & dentib.
  - 3 ad dentes inferiores, & inferius labrum.
  - At truncus in Linguæ tunicam absumitur, & substātiæ eius surculos largitur.
- 5 par Auditorium constituit, per tympani cauitatē fertur, & mēbranæ modo dilatatur.
- 6 par Vagum dicitur, diuiditur in ramum
  - minorem, qui ad linguæ & faucium musculos.
  - maiorē, qui deorsum fertur, & per vtriusq; ventris Viscera distribuitur.
- 7 par Linguæ est, et parte
  - maiore in Linguæ musculos.
  - minore in Hyoidis aliquot.
- *

* 8 par (quod aliqui quinti portionem volunt) in musculum oculum abducentem inseritur.

A Ner-

- Medulla *in Cranio contenta à sexto pari, quod mittit vel*
  - ramulos
    - extrorsum ad
      - musculos *Ceruicem occupantes & Scapulam.*
    - introrsum ad
      - musculos *Laryngis cauitatem occupantes, & Hyoidis.*
  - Truncum *secundum Colli latus usq; ad Iugulum, & diuiditur in ramum*
    - exteriorem *maiorem, à quo surculi*
      - ad *musculos, à Sterno & Clauiculis pronatos.*
      - ad *Recurrentis vel Vocalis constitutionem, qui per Laryngis musculos.*
      - alii
        - extrorsum, *pleuræ pulmonum tunicæ.*
        - introrsum, *pericardio, cordi.*
      - Stomachicus, *qui ad Oesophagum & Ventriculi orificium sinistrum abit.*
    - interiorem *minorem*
      - Costalē, *qui per costarum radices demittitur, & diaphragma penetrans omnibus infimi ventris Visceribus ramulos largitur.*
- Medulla *spinali, qui duplices, vel*
  - Ceruicis, *paria septem*
    - 1 par *ad musculos Capitis & Ceruicis.*
    - 2 & 3 par *in musculos colli, & cutim capitis & faciei.*
    - ab his *Diaphragmatici*:
      - 4 ad *Ceruicis & Scapulæ musculos*
      - 5 par *ad Hyoidis, scapulæ, brachij aliquot musculos, & huius cutim*
      - 6 par *ad musculos aliquot capitis, scapulæ & thoracis.*
    - 7 cum 5 & 6 pari *ceruicis, & 1 & 2 Thoracis, Brachij neruum constituit.*
  - Thoracis, *paria 12*
    - 1 ad *scapulam, brachium, musculos thoracis & ceruicis.*
    - 2 ad *musculos Thoracis.*
    - 3 *& reliqua paria ad musculos Intercostales, thoraci incumbentes & cutim.*
    - 4 ad *musculum pectoralem, papillas mammarum & dorsi cutim.*

B Nerui *per infimum ventrem disseminati, alij prodeunt à*

- Medulla *in cranio contêta, et quidẽ sexti paris ramo* COSTALI, *qui sub diaphrag. diuiditur in ramos tres*
  - 1 ad *omenti membranam inferiorẽ, & diuitur in ramulos tres*
    - 1 ad *Colon.*
    - 2 ad *Intestinorum principium.*
    - 3 ad *Ventriculi fundum & om membranam superiorem; lie lienis & vesicæ bilariæ memb nam.*
  - 2 Renes *accedit.*
  - 3 ad *mesenterium & intestina: aliquando ad ve sicam, vterum & testes.*
- Medulla *spinali, quatenus est in vertebris*
  - Lumborum *paria quinq;*
    - 1 par *ad musculos lumborum, abdo minis, & cutim.*
    - 2 ad *musculos & cutim femoris, tibi & testes,*
    - 3 in *lumborum musculos & cutim.*
    - 4 ad *femoris & penis musculos.*
    - 5 ad *femoris & penis musculos: Ve sicæ & vteri Collum.*
    - & *à trib. inferiorib. paribus ad Cru*
  - Ossis *sacri paria quinque, quorũ quodlibet diuiditur in ramum*
    - anteriorem *hinc*
      - superiores *tres ad Crus feruntur.*
      - humiliores *duo in anum, & vesicæ musculos: vteri & vesicæ ceruicem & penem: ad perinæum & scrotum.*
    - posteriorem *in*
      - musculos *ossa Ilij & sacrum occupantes.*
      - musculos *dorsi.*
      - cutim *natium.*

C Neruo-

- SPINALI MEDVLLA contentâ in vertebris
  - Ceruicis ex vertebra 5, 6, 7
  - Thoracis ex vertebra 1, 2
    - 1 par *per humerum, scapulam & cutim brachij.*
    - 2 per *cubiti anteriorem & mediam partẽ, eius musculos: ad cuius flexũ diuiditur in ramos tres*
      - 1 superior *per cubitũ & pollicem.*
      - 2 ad *carpum descendit.*
      - 3 inferior *in uolæ manus cutim.*
    - 3 per *cubiti anteriora & inferiora ad cutim brachij & musculos ab humeri tuberculo enatos, in vola tripartitur*
      - pollici, indici duos, medio vnum surculos tribuens
    - 4 craßiss. *per cubiti posteriora eiusq; musculos fertur, & ad eius articulũ diuidi tur in ramos tres*
      - 1 *exterior ad carpum descendit.*
      - 2 per *radium ad manũ externam surculos*
        - pollici, indici duos, medio vnum
      - 3 secundum *vlnam ad musculos digitos extendentes.*
    - *

- internũ *qui in volã abit surculos*
  - medio vnum, medico, minimo duos, internè largiens.
- externũ *ad Vlnæ mediũ, inter carpi musculos surculos*
  - minimo, medico duos, medio vnum tribuens.

…er humerum & cubitum in manum abit, & in cubiti cutim absumitur

D. Nerui *Pedis ortum ducunt a*

Lumborum *tribus paribus inferioribus*

Sacri *oßis paribus superioribus quatuor*

& con- *iuncti neruos quatuor vtrinq; constituunt quorum*

1 ex 3 & 4 *lumborum ri, in femoris cutim, musc & tibiæ aliquot distribuit*

2 ex *eodem loco malleolum dit, & in femoris musculos teriores & circa genu spa tur.*


3 ad *aliquot femoris & nis musculos & ad cutim moris in inguine.*

4 omnium *neruorū crassißimꝰ, ex oßis sacri paribus quatuor, ad cutim femoris, musculos aliquot femoris, tibiæ & pedis. At truncus diuiditur in ramum*


exteriore *qui ad pop tē, pedis teriora, mu culos peron os, & exte num mall lum.*

interiores *ad muscu pedis & d gitorum, m leolum in ternum: digitis sing lis surculo duos largi tur.*

Mvsc


MVSCVLI totius corporis alij sunt
Ventris
superioris, CAPITIS qui vel mouent
partem capitis, eámque vel *
per se
extendendo & circumagendo, paria septem
1 Splenij.
2 Complexi.
3 par huic subiectum.
4 Recti
5
maiores.
minores.
6 Obliqui superiores.
7 Obliqui inferiores.
flectendo, paria duo
1 Mastoidei.
2 sub Oesophago siti.
totum caput
per accidēs à ceruicis musculis, qui primario ceruicem mouent & CERVICIS dicūtur, qui
flectūt & circumagunt
Longi duo.
Scaleni duo, quos Thoracis censemus.
extendunt
Transuersi duo.
Spinati duo.
Medij, THORACIS.
Infimi, ABDOMINIS.
Artuum
Superiorum, MANVVM.
Inferiorum, PEDVM.

* poste-



- * posteriore, *cuti pilosæ subiecti*
  - in *occipitio duo, quos Supercilijs alij tribuunt.*
- anteriore in FACIE & *vel*
  - extra cauitatem
    - Frontis *musculi duo: quos alij Supercilijs tribuũt.*
    - Palpebrarum, *vtrinq; duo*
      - rectus *attollens.*
      - semicircularis *seu orbicularis deorsum mouens.*
    - Narium
      - dilatant *quatuor.*
      - constringunt *quatuor.*
    - Buccarum, *buccis & labijs communes vtrinq; duo*
      - Quadratus.
      - Buccinator.
    - Labiorum
      - Communes *vtrinque*
        - Quadratus.
        - Buccinator.
      - proprij
        - superioris *Labij, vtrinq; duo.*
        - inferioris, *par vnum.*
  - intra cauitatem
    - Orbitæ *osseæ frontis*
      - Oculorũ, *cuiuslibet sex,*
        - attollens.
        - deprimens.
        - adducens.
        - abducens.
        - circumactor
          - superior.
          - inferior.
    - * Oris
- laterali *Aurium*
  - externi
    - Communis *vnus quadratus.*
    - proprij *cuilibet tres.*
  - interni *in quolibet duo, alter*
    - intra *membranulam.*
    - extra *membranulam.*

Oris

* Oris
- Maxillæ *quæ os aperiunt claudunt, circumagunt, vtrinque quinque*
  - 1 Temporalis.
  - 2 Manſorius, *& molitor.*
  - 3 Sub *Temporali.*
  - 4 Manſorius *alter ſeu in ore latitans.*
  - 5 Graphioides *ſeu Digaſtricus.*
- Faucium, *deglutitioni inſeruientium.*
  - dilatant
  - conſtringunt
  - duo.
- Oſſis *Hyoidis, huic & Linguæ communes*
  - Sternohyoidei.
  - Geniohyoidei.
  - Styloceratoidei.
  - Coracohyoidei.
- Linguæ
  - Communes, *qui oſsis Hyodis.*
  - propriorum *paria quinq;*
    - Styloglosſi.
    - Myloglosſi.
    - Genioglosſi.
    - Baſiglosſi, *vel Ypſiloglosſi.*
    - Ceratoglosſi.
- Laryngis, *ad vocis modulationem*
  - communium *paria tria*
    - Bronchij.
    - Hyothyroeidei.
    - Oeſophagiæi.
  - propriorum *paria 5.*
    - Cricothyroidei *antici.*
    - Cricoarythenoidei *poſtici.*
    - Cricoarythenoidei *laterales.*
    - Thyroidei *interni.*
    - Arythenoidei.

MVSCVLI THORACIS


A. Musculi *Thoracis seu medij ventris, alij*

- Thoraci *proprij, respirationis caussa creati, qui vel*
  - Costis *incumbunt, & propriè Thoracis musculi dicuntur, vtrinq; sex*
    - Subclauius.
    - Serratus maior.
    - Serratus posticus superior.
    - Serratus posticus inferior.
    - Sacro*lumbus*
    - Triangularis.
  - Costis *intertexuntur, & Intercostales dicuntur, qui vtrinq; 22. horum alij*
    - *externi, vndecim, qui*
      - Costa*rũ spacia ossea tantùm explent.*
    - inter*ni vndecim, qui*
      - Costa*rũ spacia tàm ossea, quàm cartilaginea replent.*
  - vtriq; *lateri cõmunes*
    - Diaphra*gma seu* Septum *transuersum.*
- Dorsi, *vtrinq; quatuor*
  - Quadratus.
  - Longissimus.
  - Sacer.
  - Semispinatus.

B. Muscu-

B.
Musculi *infimi ventris, vel Abdominis, alij*

- Abdominis *propriè dicuntur, vtrinque quinque*
  - Obliquus *descendens, vel obliquus externus.*
  - Obliquus *ascendens, vel obliquus internus.*
  - Rectus.
  - Pyramidalis *seu Succenturiatus.*
  - Transuersus.
- Abdomini *inclusarum partium, vt*
  - Testium, *vtrinq; vnus Cremaster.*
  - Vesicæ *ceruicis, Spyncter*
    - superior.
    - inferior.
  - Ani *tres*
    - constrictor *Sphyncter.*
    - leuatores *duo.*
  - Penis *quatuor*
    - collaterales *duo.*
    - inferiores *duo.*


C Musculi *Manus sunt* 55. *horum alij*
Scapulæ, *cuiuslibet quatuor*
Serratus *minor, qui antrorsum*
Cucullaris *seu Trapezius, qui deorsum*
Rhomboides *qui retrorsum*
Leuator *qui sursum*
mouet.
Humeri *seu Brachij cuiuslibet septem*
Pectoralis, *qui antrorsum.*
Deltoides *seu Epomis, qui sursum.*
Latissimus
Rotundus *maior*
deorsum.
Superscapularis *inferior*
Superscapularis *superior*
qui *circumagit extrorsum.*
Subscapularis *seu immersus, qui circumagit introrsum.*
Cubiti *cuiuslibet quatuor,*
Biceps
Brachiæus
qui *flectunt.*
Lõgus
Breuis
qui extẽdunt.
Manus extremæ musculi quadraginta sunt, alij
Manus *totius, & hi sunt vel*
Carpi *seu Brachialis, quatuor: duo*
extendunt
inferior.
superior *seu Bicornis.*
flectunt
inferior
superior.
Radij *quatuor, manum reddentes*
Pronam
Quadratus.
Rotundus.
Supinam
Longior.
Breuior.
Cutis *volæ manus, eam corrugantes*
Palmaris, *cui aliquando tres, aliquando quatuor iunguntur.*
Digitorũ *viginti nouem, horum alij*
Pollicem
flectunt, *septem numero.*
extendunt *quatuor.*
Digitos *quatuor*
flectunt *duo*
1 articulũ *secundum primario flectit.*
2 articulũ *tertium flectit.*
extendunt *sedecim, et horum alij*
Lumbricales *dicti quatuor.*
Ab *humeri tuberculo duo.*
A cubiti *medio vnus.*
A carpi *osse vnus.*
Interossei *seu Metacarpi octo.*

- PEDIS *muſculi quinquaginta duo ſunt, quorum alij*
  - Femo*ris vndecim, quorũ alij*
    - extendunt *quinq;*
      - Gluttæus *maior.*
      - Gluttæus *medius.*
      - Gluttæus *minor,*
      - Iliacus *externus pyriformis.*
      - Triceps *ſeu Quadriceps.*
    - flectunt *tres*
      - Lumbalis.
      - Iliacus *internus.*
      - Liuidus.
    - circumagunt *tres*
      - Obturator *externus.*
      - Obturator *internus.*
      - Marſupio *ſubiectus.*
  - Tibiæ *vndecim, quorũ alij*
    - flectunt *quinq;*
      - Longiſſimus.
      - Gracilis.
      - Semineruoſus.
      - Biceps.
      - Semimembraneus.
    - extẽdunt *quatuor*
      - Membranoſus.
      - Vaſtus *externus.*
      - Vaſtus *internus.*
      - Rectus.
    - oblique mouet
      - Poplitæus.
  - Pedis *parui octo, quorũ alij*
    - extẽdunt *quinque*
      - Gaſtrocnimius *internus.*
      - Gaſtrocnimius *externus.*
      - Plantaris.
      - Soleus.
      - Tibiæus *poſticus.*
    - flectunt *tres*
      - Tibiæus *anticus.*
      - Peronæus primus.
      - Peronæus *ſecundus.*
  - Digi*torum pedis viginti tres, quorũ alij*
    - extẽdunt *ſex*
      - Pollicis *tenſor.*
      - Digitorum tenſor.
      - Quatuor *lumbricales.*
    - flectunt *tredecim*
      - Pollicis *flexor.*
      - Digitorum *flexor magnus.*
      - Digitorum *flexor alter.*
      - Decem *interoſſei.*
    - abducunt *tres*
      - Abductor *pollicis inferior.*
      - Abductor *minimi digiti inferior.*
      - Abductor *digitorum ſuperior.*
    - adducit
      - Tranſuerſus.

OSSIVM ARTICVLATIO.

Ossium *vniuersa cōpactio* SCELETOS, ἀπὸ τοῦ σκέλλειν, *ab exsiccatione, dicitur: cuius compagis duo sunt modi generales, vel*

- κατ' ἄρθρον, *id est, per articulum, vel articulationem, quæ compositio in contiguitate consistit: cuius tres sunt differentiæ*
  - Διάρθρωσις, *id est, Perarticulatio, quæ laxa est, & motum euidentem habet: huius tres sunt species Galeno* A
  - Συνάρθρωσις, *id est, Coarticulatio, quæ compacta est, & vel nullum, vel obscurum motum habet. Huius tres sunt species* B
  - Neutra *seu Dubia, quæ de vtrisq; participat, talis est costarū cum sterno & vertebris: oßium carpi & tarsi articulatio.*
- κατὰ σύμφυσιν, *id est, per coalescentiā, quæ cōpositio in cōtinuitate cōsistit: huius duæ sunt primæ differentiæ.*
  - Alia *sine medio fit, vt cum ossa mutuo nexu coalescunt, vt quæ fungosa & mollia, vt Epiphyses ferè omnes.*
  - Alia *interuentu alicuius medij coalescunt, vt ossa facciora & densiora: hæc triplex est.* C

Εὐάρθρα-

Ἐναρθρωσις, quasi inarticulatio, in qua cauitas os excipiens sufficientem rotunditatem habet, & caput quod insinuatur oblongum est. talis est femoris cum Ischio articulatio.

Ἀρθρωδία, in qua cauitas os suscipiens superficiaria est, & capitulum depressum: eiusmodi est maxillæ inferioris cum osse temporum.

Γίγγλυμος: & fit, quando os idem & excipit & excipitur, ita vt vnius oßis gibba alterius caua subeat; & rursus, vnius oßis sinus alterius gibba admittat. Fit autem tribus modis.


- Vel enim idem os ab vnico osse excipitur & excipit simul, vt fit in osse humeri cum cubito.
- Vel vnum os excipit & excipitur ab alio, quod fit in vertebris.
- Vel in modum rotæ fit, & quibusdã τροχοειδὴς dicitur: talis est vertebræ secundæ ceruicis cum primæ, articulatio.

B

- ῥαφὴ Sutura quæ est vel ad
  - compactarum rerum similitudinem, vt in capitis aliquot oßibus.
  - serræ, πριονοειδὴς, qualis etiam in veris suturis capitis.
  - vnguium duorum formam, ὡς ὄνυχας.
- ἁρμονία oßium compositio per simplicem lineam rectam, obliquam, circularem, vt in maxillæ superioris aut nasi oßibus.
- Γόμφωσις, id est, cõclauatio, cum os oßi instar claui infigitur, vt in dẽtib.


C

- Συγχόνδρωσις, quæ fit intercedente cartilagine, vt ossa maxillæ inferioris, ossa pubis.
- Συννεύρωσις, quæ fit per neruum, id est, ligamentum, vt coxendicis os cum femore.
- Συσσάρκωσις, quasi dicas, concarnatio, quæ fit per carnem, id est, musculum, vt os hyoides cum scapula.



Ossa humani corporis in adultis sunt 314. quorum alia

- **Capitis 59. alia**
  - **Cranei 14. sunt alia**
    - **Propria 12. alia**
      - Cranium cõstituunt sex
        - Frontis *vnum.*
        - Syncipitis *duo.*
        - Occipitis *vnũ.*
        - Temporũ *vnũ.*
      - Auditui *inseruiunt sex, in qualibet aure tria*
        - Incus.
        - Malleus.
        - Stapes.
    - **Cõmunia** *cranio cum maxilla super. duo*
      - Cuneiforme *siue Sphœnoides.*
      - Spõgio-*sum seu* Ethmoi-*des: ab hoc*
        - *ossa duo spongiosa in naso.*
  - **Maxillę 45. sunt alia**
    - **Superioris**
      - Communia *cum cranio*
        - Cuneiforme.
        - Spongiosum.
      - Propria 12. *sunt vtrinq; 6.*
        - 1 Oculi *orbitæ pars inferior.*
        - 2 in *oculi angulo maiore.*
        - 3 in *oculi interno latere.*
        - 4 ad *palatum, cui dentes superiores infixi.*
        - 5 nasi *eminentior pars.*
        - 6 ad *palati extremum.*
    - **Inferioris** *vnum, cui infixi*
      - DENTES *qui in adultis 32. in qualibet maxilla 16.*
        - Incisorij *duo*, Canini, *vnus*, Molares *quinq;* — vtrinque
        - quorum *duo posteriores Sapientiæ dicuntur.*
- **Cervicis 18.**
  - vertebræ *septem*
    - 1 Atlas.
    - 2 ἐπιστροφεύς.
    - 3 Axis.
    - reliquæ *nomine carent.*
  - Os *Hyoides ex pluribus ossibus componitur*
    - minimus *numerus est trium.*
    - maximus *est tredecim.*
    - magna *ex parte ex vndecim.*
- **Trunci. A.**
- **Artuum. B.**



- A TRVNCI vel
  - THORACIS 43. *alia parte*
    - Anteriore
      - clauicula *vtrinq; vna.*
      - os *pectoris, quod in adultis ex tribus oßibus constat.*
    - Laterali COSTAE *vtrinque 12.*
      - Veræ *& superiores septem.*
      - Nothæ *& inferiores quinq;.*
    - Posteriori
      - Scapula *vtrinq; vna.*
      - Vertebræ *12. quarum*
        - 1 λοφίη.
        - 2 μαχαλιτὴς.
        - octo *sequentes* πλευρῖται.
        - 11 ἀῤῥεπής.
        - 12 διαζωστήρ.
  - INFIMI *ventris, alia parte*
    - posteriore
      - Lumborum *vertebræ quinque.*
      - Os *sacrum, ex sex oßib. compositum.*
      - Os *Coccygis, ex tribus vel quatuor oßibus.*
    - ad *latera*
      - ossa *ilium*
      - ossa *coxendicis*
      - *duo*
    - anteriore
      - ossa *Pubis duo*
    - Hæc *Peluim constituunt, & in adultis vtrinque vnum os est.*

B ARTVVM
- MANVS cuiuslibet 43. sunt, alia
  - Humeri *seu brachij*, *Os vnum.*
  - Cubiti *duo, alterum*
    - Inferius *& maius, Cubitus, Vlna, Focile maius dicitur.*
    - Superius *& minus Radius, Focile minus nominatur.*
  - Manus *extremæ sunt 40. alia*
    - Carpi *seu brachialis ossa octo, duplici ordine distincta.*
    - Metacarpij *seu postbrachialis sunt quatuor.*
    - Digitorum *ossa quindecim. Singuli enim digiti tria habent.*
    - Sesamina *communiter in qualibet manu duodecim.*
    - Ossiculum *subinde inter os metacarpi & carpi octauum.*
- PEDIS. C.

C PEDIS

C. PEDIS cuiuslibet ossa sunt 46. alia

- Femoris, *vnum.*
- Patella *vna.*
- in *Poplite oßicula duo.*
- Tibię *duo, alterum*
  - interius, *Tibia dicitur.*
  - exterius, *Fibula.*
- Pedis *extremi seu parui, ossa 40. alia*
  - Tarsi *septem*
    - 1 Astragalus *& os balistæ.*
    - 2 Calx *& Pedis calcar.*
    - 3 Nauicularis, *Cymbam referens.*
    - 4 Cubiforme.
    - 5 Cuneiforme *maius.*
    - 6 Cuneiforme *minus.*
    - 7 Cuneiforme *medium.*
  - Pedij *siue Metatarsi quinque.*
  - Digitorum 14.
    - Pollicis *duo.*
    - Cæterorum *tria.*
  - Sesamina *duodecim.*
  - Ossea *pars in senibus Cubiformi apposita.*
  - Officulum *ad pedij cum minimo digito articulationem.*

ICONES ALIQVOT EX LIBRO NATVRAE, PRAETER COMMVNEM ANATOMICORVM SENtentiam, desumptæ.

PRIMA FIGVRA.



I. FIGVRA.

VALVVLAM INTESTINI
Coli exprimit.

M. Ilei inteſtini terminus & tenuium inteſtinorum finis.

N. Valuula foribus Ilei inteſtini, vel Coli principio, non rotundo, ſed laxo principio vtrinque inteſtini lateribus adpoſita.

O. Appendix, quam Cæcum inteſtinum nominant.

P. Colon inteſtinum diſſectum.

Q. R. S. T. V. X. Coli inteſtini externa facies.


Y. Recti inteſtini initium.

a. Recti inteſtini muſculus, Sphyncter dictus.

b. c. Muſculi duo rectum inteſtinum poſt excretionem ſurſum trahentes.

d. Hoc loci, virorum peni & mulierum vteri ceruici, inteſtinum rectum adnaſcitur.

SECVNDA FIGVRA.




II. FIGVRA.

VASORVM RENIS DEXTRI A PArenchymate ſeparatorum delineatio.

A Venæ cauæ truncus.
B Arteriæ magnæ truncus.
C C Vena emulgens ſeu renalis.
D D Arteria emulgens gemina.
E Vena ſpermatica à trunco Cauæ venæ prodiens.
F Vreteris latitudo in corpore renis: in cuius latiore parte, ſæpius calculi, maximè ramoſi, hærent.

TERTIA FIGVRA.



III. FIGVRA.

VESICA BILARIA CVM SVA ceruice & Poro bilario apertis: quæ hepati adhęrent

AA Hepatis pars dextra & ſiniſtra, ſeu, vt loquuntur Lobus dexter & ſiniſter.

B Veſiculæ bilariæ fundum diſſectum.

CC Veſiculæ exterior facies.

D Veſiculæ ſinus peculiaris.

E Ceruix veſiculæ.


F Porus bilarius ab hepate rectà in Inteſtinum abiens, craſſioremque bilem eò profundens.

G Ceruicis veſiculæ & Pori bilarij, & in vnum meatum concurſus.

H Valuulæ ternæ (aliquando tantum binæ) ad ceruicem veſiculæ adpoſitæ, bilis ad inteſtinum profuſæ regreſſum impedientes.

II. Meatus minores, per Hepatis corpus inter venæ Cauæ & Portæ ramos diſperſi, tenuiorem bilem in Veſiculam deferentes.

QVARTA FIGVRA.



IV. FIGVRA.

VESICVLÆ BILARIÆ NATVRALEM situm, eiusq́ue vaſa exprimit.

V Fundum veſiculæ bilariæ, inferiora reſpiciens.

XX Meatus veſiculæ, inter Venæ portæ & cauæ ramos per hepatis corpus diſſeminati.

Y Venæ Portæ propago, per hepatis ſubſtantiam diffuſa.

Z Cauæ venæ propago, in hepatis ſubſtantiam diſtributa.

a Meatuum veſiculæ bilariæ, qui per hepatis corpus diſtribuuntur, concurſus, ex quo Porus bilarius (amplior meatus quàm ſit Ceruix) oritur.

b Ceruix veſiculæ.

c c Meatus communis & Pori bilarij & Ceruicis veſicæ, à diuaricatione vſque ad inteſtinum.

S Duodenum inteſtinum humiliori parte apertum, vt Meatus communis inſertio pateat.

d Meatus communis in Inteſtinum inſertio.


e Arteria in hepatis cauitatem & veſiculam diſperſa.

f Neruulus hepati & eius veſiculæ communis, à ſexto pari prodiens, qui plus iuſto maior ſculptus eſt.

g g Venæ portæ propagines, Cyſticæ gemellæ dictæ, in veſiculam excurrentes, ei alimentum ſanguinem deuehentes.

h Sinus veſiculæ, iuxta ceruicis exortum, quo loci intrinſecus Valuulæ ſituatæ.

QVINTA FIGVRA.



V. FIGVRA.

CEREBRVM TOTVM SED INVERſum, remotis oſſibns omnibus, duraq́; matre, exhibet: cuius pars dextra Medullæ veram originem oſtendit: ſiniſtra verò & Medullam ſpinalem & Neruorum Cerebri ſeptem paria, ſed ex communi Anatomicorum ſententia, ob oculos ponit.

Partis ſiniſtræ explicatio.

1 Opticorum neruorum (vt vulgo creditur) origo.

2 Motoriorum neruorum oculi principium.

3. 4. 5. 6. 7. Tertium, quartum, quintum, ſextum & ſeptimum par Neruorum cerebri.

8 Proceſſuum mammillarum, ſeu Inſtrumentorum olfactus (ex communi ſententia) origo.

9 Spinalis medullæ principium.

10. 11. Cerebri anfractuum extuberantia.

12. 13. Anfractuum cerebri anteriorum cum medijs contiguitas.

Partis dextræ declaratio.

a b Opticus neruus, qui circa b reflectitur in poſteriore parte medullæ: cuius exortum in altera figura, litera e oſtendit.

c Motorius Oculi neruus.

e f Medullæ ex cerebro ortus.

g Medullæ ſpinalis corpus.

h Proceſſus cerebelli ſeu Pons, vnde Neruum auditus ortum ducere vides.


k l Olfactus inſtrumentum, cuius principium k denotat.

n Principium poſterioris prominentiæ cerebri, vnde diſſecta fuit media.

r ſ Pars ſuperioris prominentiæ cerebri, cui media adhæret contigua.

t Intercuſſatio quæ fit à motorio neruo ſuper opticum neruum.

SEXTA FIGVRA.



VI. FIGVRA.

CEREBRI PARTES IN SVA BASI DIstractas, Medullæ ſpinalis cum Cerebello coniunctionem & Ventriculum dextrum apertum proponit.

Partis dextræ explicatio.

a Medullæ pars dextra ſurſum reflexa.

b c Medullæ principium cauum ventriculi reſpiciẽs.

d e Opticus neruus, circa medullæ radicem reflexus, cuius originem litera e oſtendit.

f g h Ventriculi dextri tota patens cauitas.

i k Plexus glanduloſus (reticularis dictus) circa radicem medullæ ſitus.

l m Rima dextrum ventriculum ingrediens, partim à Fornice, partim ab interiore medullæ parte formata.

n o Corporis calloſi tota longitudo, quo ambæ cerebri partes iunguntur.

Partis ſiniſtræ declaratio.

1. 2. 3. Medulla ſpinalis in latus diſtracta.

4. 5. Medullæ ad ventriculum ſiniſtrum ingreſſus.

6 Medullæ portio à Cerebello prodiens.

7 Opticus neruus ſub medulla reflexus, Ventriculi cauitatem ingrediens.

8. 9. 10. Cerebelli pars ſiniſtra.

11. 12. Rima ſiniſtrum ventriculum ingrediens.

13. 14. Corpus calloſum quo dextra Cerebri pars cum ſiniſtra iungitur: alias in duas partes penitus diuiſum.

FINIS.

ODE EXTEMPORANEA

AD EXCELLENTISS. VIRVM, D. CASPARVM BAVHINVM, DOCT. MEDICVM, ANATOMICVM, ET BOTANICVM

peritissimum, Professoremque ordinarium in celeberrima Basiliensium Academia:

A

PAVLO LENTVLO, D. BASILEA DISCEDENTE, SCRIPTA KAL.

Ianuar. Anno Domini

M. D. XCII.

Qvem, dic Melpomene, Virum,
Quem sumis meritis tollere laudibus?
Quem, dic eia age, nunc cupis
Decantare tuo carmine, Pieri?
An quem puluis Olympicus
Victrici pugilem clarat ad rea?
Magnosq́ euehit ad Deos?
Heroum anne magis prælia fortium,
Bellacesq́ Ducum manus
Gestis, vel potius multiplicis Caput
Hydræ, robur & inclytum
Alcidæ, æolia dicere barbito?
Ante, quas Babylonia
Iactat Memphis opes, Pyramidum tenet
Celsarum stupor insolens?
Aut forsan manuum Parrhasii, aut Scopæ.
Te miracula detinent?
Aut forte Ismarius nunc animo sedet
Vates, dulcisono Lyræ
Deducens strepitu robora, & inferi

Permul-

Permulcens rabiem Canis?
Quid? Forſan Iuuenum dicere vis iocos,
Nympharumq́ Choros leueis,
Ductos cum Satyris, carmine Lesbio?
Quò te, Pieri, quò rapit
Mens tandem inſolitò feruida Numine?
Non hæc, dicta alijs, Virum
Sed cantare lubet; quem Superi ſtupent:
Quo naſcente, Polo, nouus
Fulſit Sol, radios qui nitidiſsimos
Virtutum vndique diſſerit.
HVC ergo, huc celeres tendite, tendite,
Quoſcunque vrget amor, nouam
Terris progeniem viſere Apollinis.
HIC eſt, quem ſonat vndique,
Et ſuccis celebrat FAMA potentibus,
Et qui, ceu Epidaurius,
Monſtratur digitis prætereuntium:
Quem certum auxilium ſuis,
Aegroti miſeris caſibus expetunt.
Hic ille eſt HYGIÆ ſciens
BAVHINVS rutilo ſydere clarior.
Non ſic Delos Apollinem,
Cùm Xanthi, & Lyciæ flumina deſerens,
Flaua conſpicuus coma,
Feſtinat patriam viſere candidam,
Applauſu excipit obuio:
Præſentemq́ Deum cernere geſtiens,
Circum turba ruit frequens,
Nec non thura adolent vndique pinguia:
Vt, vultu venerabilem,
Circumfuſa cohors vndique Ciuium
BAVHINVM ſtupet, editum
Terris, eximio munere cœlitum.

Seu responsa petentibus
Reddens, edoceat pellere pharmacis
Febres, corporibus graueis:
Siue ille ipse suas addere languidis
Aegris constituat manus,
Doctas Persephonen fallere pallidam:
Siue occulta Iuuenculis,
Sublimi in solio, munera Cynthy,
Artisq; abdita dogmata
Pandat fatidici pectoris e penu:
Siue is, per iuga montium,
Phœbæam sobolem, aut prata per herbida
Deducens, frutices sacros,
Atque herbas, medicis viribus inclytas,
Commonstret: simul explicans,
Vt sit quæque potens tollere tristium,
Morborum mala semina:
Siue is visceribus condita detegat,
Membrorum positus docens:
Hic sedes Animæ corporis arbitræ,
Hic Arteria, spiritus
Defert æthereos membra per omnia:
Illic irriguo fouet
Artus, Vena, cibo, sanguine turgida:
Cunctas denique sedulus
Paruo subyciens Orbe reconditas
Lustrandas oculis opes,
Sic Pubem medicis artibus instruit,
Vt mox quosque graues queat
Morbos artifici vincere dextra.
Nec sic, CASPARE, te putas
Sat fecisse, tuus ni quoque posteris
Existat labor vtilis.
Hinc manant grauibus docta volumina,

Tot ſudata laboribus;
Queis nil vtilius, nil quoque clarius
Aetas priſca hominum tulit;
Aut nunc noſtra poteſt cernere doctius;
Quæ nomen pariunt tibi.
Victurum celebri laude perenniter.
Cum tot ſint igitur tui,
BAVHINE, ingenij commoda, tu quibus
Humanum genus afficis;
Cur non & meritis laudibus efferant
Te, mortalia pectora?
Et clarum memorent Lumen Apollinis?
Et quanquam CLARIO facem
Prælucere Deo, nil opus, attamen
Flagrantem ſtudio tui,
Me nunc grato animo, Pieris impulit,
Vrbis mœnia Regiæ,
Inuitè, & latices Teſpiadum ſacros,
Iunctos, Rhene ferox, tuis;
Linquentem, atq; etiam grata ſodalium,
Mœſto pectore, pectora;
Vt quales licuit; tempore tam breui,
Laudum primitias, Lyra
Inculta, atque rudi carmine luderem.
Has vultu placido, precor,
Et fronte excipias, CASPAR, amabili.
Ac det Rex tibi Cœlitum,
Longæui vt ſuperes ſecula Neſtoris.

FINIS.



INDEX.

Inte-


ERRATA GRAVIORA

In contextu.

Pag 2.l.vlt.totas p.3.l.24.vtriſq; p.38.l.8. quæ cum p.39.l.1.quæ in p 52.l.vlt.muſculum rectum p.87.l.12.partim à ſexto pari, partim à p.103. l.29. ſic volentibus p.106. l.4. duplici nodo p.132.l.14 Connectuntur p. 147. l.19. iugalis p.150.l.18.ſit p. 194.l.28.carnea p.195 l.13.ſui labij p. 197.l.18.& ſi p.202.l.9. Vocis eſſe p.200.l.16. Hyothyroeidei p.215.l.vlt. duo vel tria p.222.l.1.alterius lateris

In marginalibus.

Pag.53.l 5. explicauit Gal. p.57.l.11 at p.58.l.11.dele & p.103.l.20.& 7. p.106.l.1.genuinæ p.110.l.2. 5.ad. p.126.l.12.6.vſ. p.152.l.5.8.vſ.p.175. l.19.corroborant: p.199.l.30.lib.1. p.204.l.7.Sylu:1.par p.206. l. 10. alios ab inferioribus,alios



n.º V·CXL. — Ct.a — IX —